Q
e : 41.
3 L e 11

1

GENERALE, CONCILIVM TRIDENTINVM CONTINENS OMNIA QVÆ AB INITIO VSQVÆ AD FINEM IN EO GESTA SVNT.

& non reſpexit

Beatus uir cuius eſt Dominus ſpes eius,



in uanitates, & inſanias falſas.

ALESANDRINA

n 401

VENETIIS,

Ad ſignum Spei.

1552.

Cito habebis (Deo faúente) candide lector concilia omnia hac forma impreſſa, quibus hæc commode annecti poterunt.

Monasterii Sancti Nicolai ex Arena

ACTORVM CONCILII. TRIDENTINI.

PRIORVM CATALOGVS.

S.D.N.D. Pauli diuina prouidentia Papæ III. Bulla indictionis ſupplicationum ſeu proceſſionum per uniuerſum orbem Chriſtianum, pro celebratione ſancti œcumenici generalis Concilij, cũ adhortatione ad ieiunium & ſacroſanctam communionem. & Gratia plenarię Indulgentiæ.

Admonitio atq; hortatio Legatorum Sedis Apoſtolicæ ad Patres in Concilio Tridentino, lecta in prima ſeſsione.

Concio fratris Dominici Soto Sogobien. Theologi, ordinis Prędicatorum, De extremo iudicio, prima Dominica Aduentus, ad Legatos & Synodum eadem die Tridenti habita.

Oratio R.P.D. Cornelij Epiſcopi * Bitontini, 3. Dominica Aduentus in concilio Tridentino habita.

Oratio ad Patres in concilio Tridentino habita à R.P.F. Antonio Marinario Carmelitano quarta Dominica Aduentus.

Oratio habita à R.P. Fratre Ambroſio Catharino Polito Senenſi ordinis Prædicatorũ, in ſecũda ſeſsione Synodi Tridentinæ quarta Februarij, M.D.XLVI.

Oratio inſignis ac clariſſ. D. Didaci à Mendocia oratoris Cęſareę maieſtatis, coram Legatis ſedis Apoſtolicæ habita Tridenti tertio Maij, M.D.X L V.

Oratio illuſtriſsimi D.D. Franciſci à Toleto oratoris Cęſarei, ad Synodum habita die octaua Aprilis M. D. XLVI.

Inuictiſsimi ac Chriſtianiſſ. Ioannis huius nominis 3. Luſitaniæ regis & Algarbiorum &c. literæ, ad ſummum Pontificem Paulum tertium miſſæ, & in concilio Tridentino recitatæ.

Oratio clariſsimi atq; facundiſsimi uiri D. Petri Daneſij, oratoris Chriſtianiſsimi Francorum regis, ad Synodum.

Nomina, cognomina, tituli, dignitates, prouinciæ, & gradus in ſacroſancta Synodo Tridentina exiſtentium.

Decretũ primæ ſeſsionis Tridẽtinæ, pronunciatũ die 7. mẽſis Ianuarij, Anno dñi M.D.XLVI.

Decretum ſecundæ ſeſsionis Concilij Tridentini, pronunciatum die quarta menſis Februarij. Anno M. D. XLVI.

Decretum tertiæ ſeſsionis concilij Tridentini, quæ celebrata fuit quinta Aprilis eodem anno.

Primum decretũ quartæ ſeſsionis Tridentini concilij, 17. menſis Iunij M. D. XLVI. celebratæ.

Secundum decretum 4. ſeſsionis Tridentinæ ſynodi.

Decretum quintæ Seſsionis Tridentini Concilij poſt apertum Concilium, factæ die decimatertia Ianuarij, M. D. XLVII.

Oratio fratris Georgij de Sancto Iacobo ordinis prędicatorum conuentus Sancti Dominici Olyſbonenſis. Dominica prima quadrageſimæ Tridenti habita.

Sextæ Seſsionis decretum I. promulgatum de Sacramentis, uidelicet de Baptiſmo & Confirmatione, ſub die 3. Martij, M.D.XLVII. in Concilio Tridentino.

Secundum decretum Reſidentiæ.

Decretum de Beneficijs Eccleſiaſticis.

*965 **DE GENERALI CONCILIO TRIdentino pauca quædam ex uita ſeu geſtis Pauli III. quæ Appendicis loco Vitis Pontificum per Platinam deſcriptis, nuper adiecta huc pertinere ſunt uiſa.**

PAVLVS III. initio Magiſtratu, officio ſuo (quantũ in ſe erat) ſatisfacturus, propter diſcordiam fidei inter Germanos componendã, quę iam tum magis ac magis apud eos ingraueſcebat, Cõcilium generale diu multumq; deſideratũ, & per anteceſſores aliquot ſuos uel impeditũ, uel diſſimulatum, uel minus ſedulo curatũ, indixit: eiq; locum aptum Mantuam primo, poſt rationabilibus de cauſis Vincentiam aſſignauit, delecto ad id negocij optimo ac prudentiſſimo uiro, D. Petro Vorſtio epõ Aquenſi, qui principibus rebusq; publicis per Germaniam & alibi conſtitutis, uniuerſale Conciliũ futurum indicaret. Verum ea res difficilem adeo ſucceſſum habuit, ut omiſſa etiã Vincentia, quòd hæc ſchiſmaticis a ſuo nido longius abeſſet, electoq; nouo medio prope inter Italiam & Germaniam generalis Concilij loco, uix tandem decimo poſtmodum anno, uniuerſalis, apud Tridentum ſynodus inchoaretur. Nam qui generalẽ ſynodum ad illud uſq; tempus, quaſi per appellationem inuocarãt, eius copia facta, ita ſe tum geſſerunt, ut nequiter ac mendaciter eos concilium inuocaſſe, nihilq; minus quàm hoc fieri uoluiſſe, appareret. Quorſum enim tot ambagibus, & cauillis œcumenicę ipſius ſynodi uel infirmandæ uel tollendæ gratia uſi fuerunt, Natiõale interim ſupra quam dici poteſt affectãtes, niſi ut ſchiſmatici priuatim inter ſe quod uellent, decernerent, refugæq; in tenebris degentes, lucem nõ de nihilo fugiſſe uiderentur? Modo nanq; locum, modo præſidem, modo aliud atq; aliud calumniabantur, quaſi præiudicando dicerent, id quod complures ex ipſis dixiſſe feruntur, Niſi Concilium leges ipſorum acceptaret, ſe leges Concilij neutiquam accepturos. Neq; uero minus culpandi erant hi, qui Præbendis Eccleſiaſticis tanquam aſini clitellis (ſuauiter tamen) onerati, malitioſe neruos huc ſuos intendebant, ut quod ſibi præ alijs potiſſimum ut fieret, curandum erat, id ipſi, ne fieret, impedirent: aut certe, ut maturaretur, nõ inſtarent nihil interim patientes (iuxta prophetam) ſuper contritione Ioſeph, neque in ſua caſurum aliquando capita formidantes, quòd durantibus ipſorum ſeu culpa, ſeu ignauia tantis fidei diſcordijs, tot animarum millia, pro quibus dominus noſter Ieſus Chriſtus ſanguinem ſuum fudit, crucisq; tormentum ſubiuit, miſerabiliter adeo ſempiterneq; perirẽt. Per has itaq; difficultates concilium generale dilatum, uix tandem in fine anni 1545. cœptum, & in menſes aliquot anni 1547. continuatum, ac deinde rurſum a Paulo III. Bononiam translatũ ea tantum quæ hic ſequuntur, ſex modo ſeſſionibus ſub Paulo III. habitis, confecit: uniuerſis qui zelo fidei laborant, & pacem Eccleſiæ exoptant, eiuſdem concilij Tridentini iam iterum (uidelicet in Maio anni 1551.) a Iulio III. eodem in loco congregati, ſalutarem expectantibus finem. Amos 6 b

PAVLVS EPISCOPVS SERVVS 966*
Seruorum Dei ad Futuram rei memoriam.

QVVM Prophetę uox, noſtris in auribus iugiter inſonet, clama, ne ceſſes: idq; præcipuũ munus, ex onere noſtris iniuncto humeris, licet his impari, nobis incũbere agnoſcamus: ipſa præſentium temporũ calamitate ac hęreſum undiq; pullulantiũ pernicie, in intimis adeo pulſamur precordijs, ut nobiſipſis, pro ſancta uniuerſali Eccleſia, ac Dominici gregis, noſtrę curæ crediti, ſalute, nunquàm ſatis opæ, laboris ac ſolicitudinis adhibere poſſe uideamur. Tot igitur ac tantis turbinibus aliquando ſedandis, nullũ æque ſalutiferum ac præſentiſſimũ remediũ comperiri ſemp exiſtimauimus quàm ſanctiſſimi œcumenici cõcilij celebrationem indicere, ad ſananda ſcilicet catholicę Eccleſiæ uulnera, ab impijs, infidelibus, reprobisq; hęreticis eidem inflicta. Vna igitur hac ratione, ſacratiſſimã ſynodũ a nobis Tridenti iamdudum indictam, hodierna luce aperiri mandauimus: eam fine optimo, Spirituſancto adiuuante, concluſum iri, & optatã orbi Chriſtiano ſalutem allaturam deniq; ſperantes. Oecumenicum autem cum ſit conciliũ, hoc decet a cunctis Chriſti fidelibus, humili & cõtrito corde, deuotisq; precibus celebrari: ut quos adeſſe coram opus fuerit, hi multorum orationibus adiuti, gratius in rebus catholicę fidei, dictæq; uniuerſalis Eccleſiæ reformationis ibi peragendis, omnipotenti Deo exhibere ualeant obſequium. Quamobrem omnes Eſa. 58 a

Chriſti fideles huiuſmodi hortamur,ac in do
mino requirimus, ut poſteaquàm hę noſtræ
literæ ad eorũ manus peruenerint, & per lo-
corum ordinarios publicatæ fuerint,diligen-
ter peccatorum ſuorum perſcrutatione & exa
mine preuijs, ſe ad eorum confeſſionem, in
hebdomada earundem literarum publicatio
nem immediate ſequenti, de more Eccleſiæ
ſubeundam prepararent,& illa confiteantur:
quartaq; ac ſexta ferijs ipſius hebdomadæ,
necnon die ſabbati ieiunent. Dominica uero
die proxime ſequenti,ſacratiſſimam corporis
domini noſtri Ieſu Chriſti Euchariſtiam ſu-
*967 mant,Deum ex intimis cordis, pro Chriſtia-
norum omniũ pace,& pro ſalutifero & tran-
quillo ac fructuoſo eiuſdẽ ſacroſancti Oecu-
menici Concilij progreſſu & pfectione oran-
tes. Ac ut præfatos chriſti fideles ad hoc etiã
præmijs cœleſtibus inuitemus, omnibus &
ſingulis chriſti fidelibus ipſis qui præmiſſa
adimpleuerint, & proceſſionibus ac ſuppli-
cationibus, Quarta & ſexta ferijs, ac Sabba-
ti die prædictis, eo ordine qui in alma Vrbe
noſtra Romæ obſeruatus extitit, publice ha-
bendis, interfuerint: aut qui aduerſa ualetu-
dine; ſeu alio impedimento legitimo deten-
ti, ac Abbatiſſæ, Prioriſſæ, & Monaſterio-
rum quorumcunque Moniales, etiam ſub
clauſura exiſtentes, & eiſdem proceſſionibus
intereſſe nequeuntes: ſi eleemoſynam, iux-
ta eorum deuotionem & facultatem, alicui
pauperi Chriſti pie fuerint elargiti: aut ſi ino
pes extiterint, Dominicam orationem cum
ſalutatione Angelica quinquies recitauerint,
& præmiſſorum loco, pias ad Deum preces
deuote effuderint: eiuſdem omnipotentis
Dei benignitate ac miſericordia, beatorumq;
eius Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate
freti,pleniſſimam omnium peccatorum ſuo
rum ueniam & remiſſionem miſericorditer
in domino concedimus & elargimur. Et ut
hæc omnia ad plurium notitiam peruenire
ualeant, ſimulq; Deus ipſe miſericors a quam
plurimis exoretur: omnibus Patriarchis, Ar-
chiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum
Prælatis, ut cum primum eædem præſentes
literæ ad eorum manus peruenerint: eas, ſeu
earum tranſumptum, manu alicuius prælati
ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſti-
tutæ ſubſcriptum ubique per eorum prouin-
cias, Eccleſias, ciuitates & dioceſes, abſq;
ullo quæſtu, cum gratijs, conceſſionibus &
indulgentijs ibidem contentis, gratis publi-
cari faciant,in uirtute ſanctæ obedientiæ prę-
cipiendo mandamus: conſtitutionibus & or-
dinationibus apoſtolicis, & alijs contrarijs
non obſtantibus quibuſcunque. Volumus
autem, quòd huiuſmodi proceſſiones & ſup-
plicationes, unica tantum uice, in ciuitati-
bus,Terris,caſtris & locis,& in Eccleſijs in q-
bus præcipua animarum cura iniuncta repe-
ritur, dumtaxat fiant & habeantur: præſen-
tibus, poſtquàm in urbe ac prouincijs, Ec-
cleſijs, ciuitatibus, & dioceſibus prædictis,
publicatæ fuerint: ac Quarta & Sexta feriæ,
ac dies Sabbati huiuſmodi præterierint, mi-
nime ualituris. Datum Romæ apud ſanctũ
Petrum. 1545. Idibus Decembris. Pontificatus
noſtri Anno. 12.

L. DE TORRES. B. MOTTA.

ADMONITIO ATQVAE HORtatio Legatorum Sedis Apoſtolicæ, *Ad Patres in Concilio Tridentino lecta in prima ſeſſione.*

REuerẽdiſſimi patres. &c.
Cũ ipſa muneris noſtri ra
tio, q in hac ſctã Synodo
præſidentiũ & ſedis Apo-
ſtolicæ legatorũ pſonam
gerimus, hoc poſtulatura
uideatur, ut creſcentibus
negocijs, quę in hoc ſacro conſeſſu ad Dei glo
riam, & Eccleſiæ utilitatem ſunt expediẽda,
ſæpius apud uos cohortandi & commonen-
di cauſa uerba faciamus: tum uero in hac pri-
ma ſeſſione, quæ felix (ut ſperamus) princi-
pium ipſi concilio eſt datura, minime hoc a
nobis prætermittendum duximus. Eo uero
libentius hoc officio fungimur, quòd cũ uos
uel hortamur, ut ea faciatis, quæ digna tanto
conuentu ſint, uel a contrarijs dehortamur:
noſmetipſos etiã hortamur ac dehortamur;
qui in eadem quaſi naui uobiſcum ſumus;
iiſdemq; periculis, quibus uos, iiſdem tem-
peſtatibus ſubijcimur. noſmetipſos inquam
excitamus ad uigilandum, ne uel in ſcopulos
incidamus, qui plurimi proculdubio in hoc
curſu ſeſe offerent: uel magnitudine negocio-
rum tanquam fluctuum obrui nos negligen-
tia noſtra patiamur: uerum ſpe & fide erecti,
eo nauigationem dirigamus, quo maxime
portus ſalutis ad Dei gloriam in Chriſto Ieſu
ſeſe oſtendet. Igitur, ut ab eo incipiamus, de
quo maxime in hoc principio admonẽdi om
nes ſumus, unuſquiſq; noſtrum ante oculos
ſibi in primis proponere debet, quænam ſint,
quæ ab hoc ſacro concilio expectentur: ex
quo quiſq; facile intelliget, quantũ ſibi oneris
incumbat. Sũt uero ea (ut omnia ſummatim
comple-

complectamur)quæ in bulla indictionis con
cilij cōtinentur: nempe hæreſum extirpatio,
diſciplinæ eccleſiaſticæ & morū reformatio,
actandē pax externa totius eccleſię. Hęc ergo
ſunt, quæ nos curare, uel potius pro qbus aſſi
due orare, ut Dei benignitate fiant, oportet.
Atq; illud eſt, de quo ante omnia in ipſo Con
cilij exordio oēs & ſingulos, qui huc conueni-
mus, primū autē nos ipſos, qui in tam ſancto
miſterio præſidemus, admonendos duxi-
mus, ne unquam cogitemus, uel per ſingulos
qui hic adſunt, uel per uniuerſum Cōcilium,
etiā ſi oēs paſtores ex uniuerſo terrarum orbe
huc coirent, tantis malis, qbus nūc grex Chri-
ſti eſt oppreſſus, prouideri poſſe. Si enim puta
mus hoc a nobis pfici poſſe, aut ab alio, quā
ab ipſo Chriſto, quē Deus pater unicū nobis
ſeruatorē & paſtorē dedit, cui etiam oēm po-
teſtatē dedit, erramus ſanè in fundamēto om
niū actionū noſtrarū, & diuinā irā magis pro-
uocabimus. Adiungimus enim ad ſuperiora
* 968 mala, quæ propterea nobis acciderunt, quòd
ipſum fontem aquæ uiuæ reliquimus, hoc al-
terum maximū peccatū, q noſtra uel Pruden
tia, uel potentia iiſdem malis mederi uelimus:
ut merito de nobis dicatur, quod Propheta
in pſona Dei ueterem populū accuſans, dicit:
Hier.2.c Duo mala fecit populus: hic me dereliquerūt
fontem aquæ uiuæ, & foderūt ſibi ciſternas,
non ualentes continere aquas. Tales uero ci-
ſternæ ſunt omnia conſilia, quæ a noſtra pru
dentia, non afflata ſpiritu diuino, proficiſcun
tur: quę non modo populos in pietate & obe
dientia, tanq̄ aquas in ciſternis continere non
ualent: ſed quo magis his artibus retinere eos
laboramus, eo uiolentius tanquā torrentes, a
nobis defluunt & diſcedunt: ut ſuperiorū an-
norū experientia multis in locis ſatis nos do-
cere poteſt, & nunc admonere, unicā tantum
uiam medēdis his malis relictā, ſi noſtra om-
nia remedia inutilia eſſe agnoſcentes, & uale-
re potius ad augenda, q̄ ad tollenda mala, ad
1. Cor. 1. Chriſti potentiā, quem dexteram ſuam Deus
pater appellat, ad Chriſti ſapiētiam qui eſt ſa-
pientia patris, in omnibus nos, qui patrū per-
ſonam gerimus, fide & ſpe cōfugiamus, huius
nos in omnibus miniſtros eſſe agnoſcamus.
1. cor 4.a Hic uero quæritur (inquit Apoſtolus) inter di
ſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur. Hoc au
tē nunc nobis agendū eſt, ut miniſtros nos in
omnibus idoneos præbeamus. Erimus uero
idonei, ſi nos ex nobis minime idoneos eſſe
iudicauerimus. Quis enim (inquit idem Apo-
2. Cor.2. ſtolus) ad hæc idoneus? ut q ne cogitare qdē
2. Cor.3. aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, ſimus ſuffi-
cientes. Verū hoc fateri nō ſatis eſt nobis. hoc
dicere potuit Apoſtolus, & per hanc portā in-
gredi ad obeundū munus ſuū, & in eo ſe mi-
niſtrum fidelem ac idoneum oſtēdere, qui ſi-
mul dicere potuit, de miniſterio ſuo loquens,
Nihil mihi cōſcius ſum. Nobis uero, qui ſi ue- 1. Cor 4.
rum fateri uolumus, aliter dicere non poſſu-
mus, quin nobis conſcij ſimus, in adminiſtran
do munere nobis impoſito in plurimis defe-
ciſſe, & horum etiam malorum, ad quæ corrigen
da uocamur, non minima ex parte cauſam
extitiſſe, non ſatis eſt hic fateri, ad tantum mu
nus nos impares eſſe. Quid ergo nobis agen-
dum, ut idonei hoc tpe Chriſti miniſtri in ec
cleſia inſtauranda eſſe poſſimus? Idem pror-
ſus, qđ Chriſtus ipſe Eps animarum noſtrarum fe-
cit, cum uenit ad fundandā & formandam ec
cleſiam ſuā. Idem ſane patres faciendū erit no
bis, qđ ipſa ſapientia patris fecit, cum uenit ut
multos filios in gloriam adduceret: id qđ no
bis item ꝓpoſitum nunc eſſe debet. Is.n.cum
oppreſſos peccatis oēs inueniſſet, oīa omniū
peccata in ſeipſum tranſtulit, ſeq; unum ante
Deum pro oībus reum & nocentē conſtituit,
ac pœnam nobis debitam ſuſtinuit, tāquam
omnia flagitia, & omnia ſcelera, quę nos com
miſeramus, ipſe cōmiſiſſet, cum tñ ab omni
labe peccati puriſſimus eſſet: quippe qui pec-
catum non fecit, neq; unquam inuētus eſt do
lus in ore eius. Quod uero Chriſtus pro im- 1. Pet. 1.
mēſa ſua charitate erga Deum patrem, & pro
miſericordia erga noſtrum genus fecit: hoc
nunc, ut ipſi faciamus, iuſtitia ipſa a nobis fla
gitat, ut omnium horum malorum, quibus grex
Chriſti eſt oppreſſus, nos Paſtores coram tri-
bunali miſericordiæ Dei reos conſtituamus:
atque omnium peccata in nos ipſos non tam
pie, quàm iuſte transferentes, quia re uera ho
rum malorum magna ex parte nos cauſa ſu-
mus, diuinam miſericordiam per Ieſum Chri
ſtum imploremus. Quod uero dicimus, nos
paſtores his malis, quibus Eccleſia eſt oppreſ
ſa, cauſam dediſſe, ſi quis hoc acrius & magis
per exaggerationem quandam uerborū, quā
uere dictum exiſtimet, hoc quidem ipſa rerū
experientia, quæ mentiri non poteſt, compro
babit. Reſpiciamus ergo paululū ad ipſa ma-
la, quibus eccleſia opprimitur. ac ſimul etiam
ad noſtra peccata. Sed quis hæc numerare ua
leat, quæ ſimul cum reliquis malis multitudi
ne ſuperāt arenam maris, & uſque ad cœlum
clamant? Circunſcribamus ergo tantam mul
titudinem noſtrorum malorum illis limiti-
bus, quibus hoc Concilium, quod capita-
libus malis medendis eſt uocatum, ea circun

ſcripſit. Sunt uero illa tria, quæ ſupra commemorauimus, hæreſes, lapſa morum diſciplina, & inteſtinum atq; externum bellum. Hic ergo uideamus & conſideremus, cum iam multis annis Eccleſia his calamitatibus uexetur, undenam ipſa originem habuerũt: num illis nos quodam modo principium, num fomentum dederimus. Primum uero examinemus initiũ hæreſum, quæ hac noſtra ætate paſsim pullularunt: quibus ſi negare uolumus nos principiũ dediſſe, qa nullius hæreſeos ipſi authores ſumus; tamen cum peruerſæ de fide ſententiæ, tanquam uepres quædam ſint & ſpinæ, quæ in agro Domini, qui nobis colendus commendatus eſt, ortæ ſunt: etſi illæ quidem ſua ſponte, ut ſolent aliquando uitioſæ herbæ, pullularunt: tamen qui non coluit quem debuit agrum, qui non ſeminauit, qui pullulantes per ſe nõ ſtatim curam adhibuit ut extirparet, non minus quidem principium illis dediſſe dicendus eſt, quàm ſi ipſas ſeminauerit, præſertim cum hæc omnia negligentia agricolæ ortum ducant, & incrementum habeant. Hic ergo ſeipſos excutiant, qui ſunt agricolæ in agro domini, conſcientiam ſuam interrogent, quo modo in eo colendo, quo modo in ſeminando ſe geſſerint. Quod qui fecerint his præſertim temporibus, quibus pauciſſimi agro domini colendo incumbunt, non multum, credimus, dubitabũt, num ad ipſos
* 969 pullulantium paſsim in Eccleſia hæreſum culpa pertineat. Hæc uero monendi tantum cauſa dicta ſatis ſint de his, quæ ad primum caput pertinent. Veniamus ad ſecundum, quod lapſam morum diſciplinam & abuſus (ut uocant) complectitur. Hic uero nihil attinet diu inueſtigare, qui nam tantorum malorum auctores fuerint, cum præter noſipſos ne nominare quidem ullum alium auctorẽ poſsimus. Quare ad tertium accedamus, quod impedimenta pacis eccleſiæ in ſe cõtinet: qualia ſunt arma, uel domeſtica, uel externa: hæc enim iampridem pacem eccleſiæ perturbarunt, & adhuc perturbant. de quibus hoc tantum dicimus: ſi (quod Deus ipſe certisſimis ſignis oſtendit) hæc arma flagella eius ſunt, quibus nos affligit: quia duorum priorum capitum rei ſumus, in quibus nos excuſare non poſſumus, etiã horum armorum precipuã nos cauſam eſſe negare nõ poſſumus. Eiuſmodi uero flagella Deũ ob eam cauſam immittere cenſemus, ut nos peccantes caſtiget, & pctã ipſa, q. bus maieſtatẽ eius maxime offendimus, nobis ante oculos ponat. Hic uero quiſquis aliquando animaduertit, quibus modis eccleſia armorũ uiolentia uexata fuerit, ſecum ipſe cõſideret, quænam illa ſint, in quibus præcipuæ Eccleſia propter ipſa arma detrimentum patiatur. Nec uero hic refert de quorũ armis loquamur, ſiue de inteſtinis noſtrorũ principũ, ſiue de externis turcarũ armis, quæ ſuperioribus annis nos magnis calamitatibus affecerunt: ſiue de eorum, qui ab obedientia ſuorũ Paſtorum diſceſſerunt, & ipſos a ſuis ſedibus expulerunt. Hoc enim ſummatim dicimus de omni genere armorũ, ſi qui illa cõtra nos tractarunt, a ſuis Eccleſijs paſtores fugarunt, ordines confuderunt, Laicos aũt in Epiſcoporũ locũ ſuffecerunt, Eccleſiæ bona diripuerunt, curſum uerbi Dei impediuerunt. Hic inquam dicimus nihil horum eſſe quod in libro abuſuum Paſtorum, maxima illorũ pars qui hoc nomen ſibi uendicant, per ſe factum eſſe, ſi legere libuerit, non ſcriptũ apertis uerbis inueniat. Noſtram enim ambitionem, noſtrã auaritiam, noſtras cupiditates his omnibus malis populũ Dei prius affeciſſe ſtatim inueniet, atq; harum ui ab Eccleſijs Paſtores fugari, easq; pabulo uerbi priuari: bona Eccleſiarũ, quæ ſunt bona pauperum, ab illis tolli: indignis ſacerdotia conferri: & illis, qui nihil a laicis, præterquam in ueſtis genere, ac ne in hoc quidem differũt, dari. Quid enim horum eſt, quod negare poſsimus per hos annos a nobis factũ eſſe? Quare ſi Turca, ſi hæretici hoc idem aduerſus nos faciunt, quid hic aliud, q̃ flagitia noſtra, & ſimul iuſtum Dei iudicium uidemus? iudicium uero plenum miſericordia: ſi enim pro meritis nos caſtigaret, iampridem ſicut Sodoma & Gomorrha fuiſſemus. Cur uero hæc nunc commemorauimus? an ut uos confundamus? abſit ſed magis, ut eos ceu patres & fratres charisſimos, primum autem noſmetipſos, admoneamus, quo pacto hæc, quibus nunc affligimur, flagella, & grauiora quæ impendent, niſi reſipiſcamus, uitare poſsimus, ut effugiamus tremendum illud Dei iudiciũ, omnibus quidem non reſipiſcentibus tremendũ, maxime uero illis q preſunt. Iudicium enim graue (inquit ſcriptura) his qui preſunt, fiet Iudiciũ uero incipere nunc uidemus a domo Dei. Dum enim nunc eijciuntur Sacerdotes, dum cõculcantur ab hominibus, quid aliud hoc indicat, q̃ diuinum de nobis iudicium, quod prædixit Chriſtus, cum diceret Sacerdotes ſuos eſſe ſal terræ: q; ſi ſal euanuerit, ad nihil ualere ultra, niſi ut eijciatur foras, & conculcetur ab hominibus? Hæc uero omnia nos nunc patimur. Quod ſi propter iuſtitiam, ut noſtri maiores, beati nos quidẽ, at nunc

Eſa.1.

Sap.6.a

1.Pet.4.d

Matt.5.b

at nunc iuſte quidem, quia ſal euanuit: minime autē propter iuſtitiā patimur: in omnibus enim noſtris afflictionibus uidemus iudiciū Dei, atq; utinā quidē illud uideremus: hoc enī initiū eſſet omnia Dei iudicia & flagella effugiendi, atq; in gratiā & in uerā gloriā ingrediendi, quæ res fecit, ut in his cōmemorādis acriores & longiores fuerimus. niſi enim hæc bene cognita & perſpecta fuerint, fruſtra intramus in conciliū, fruſtra inuocamus Spiritumſanctum, qui primum ingreſſum in animā hominis ſemper facere ſolet, per ipſius hominis cōdemnationem, ut cōdemnet mundū de peccato. Quare niſi ille ſpiritus nos apud noſmet ipſos primum condemnauerit, nondum illū ingreſſum eſſe ad nos affirmare poſſumus, ac ne ingreſſurum quidem, ſi peccata noſtra audire recuſamus. Idē enim dicetur nobis, quod populo ueteri per Prophetam Ezechielem eſt dictum, cum nondum agnitis ſuis ſceleribus Deum p prophetā interrogare uellēt, ſic autē

Eze 20 a ait Propheta: Venerunt uiri Iſrael ad interrogandū Dominū, & ſederunt coram me. hæc autē dicit dominus: Nunquid ad interrogandū me uenistis? Viuo ego, dicit dominus, quia non reſpondebo uobis. Sequitur autē. Si iudicas eos, abominationes patrum illorū oſtende illis. In quibus uerbis oſtendit Deus, quare noluerit reſpondere illis, quia nondum ſcilicet abominationes ſuas & patrū ſuorū audierant. Quare cum idem Dei ſpiritus ſit, qui tū dabat reſponſa, & quem nunc nos ſedētes coram domino inuocamus: quid nobis faciēdū ſit ut propitia reſponſa habeamus, ex his uidetis: & ſimul quàm neceſſario nos, qui præſidemus in hoc ſacro conſeſſu, a detegēdis noſtris peccatis ſermonis exordium uobiſcū duximus. Quia uero nonnullos nunc uidemus, ſua primū paccata & noſtri ordinis grauiter deflentes, atq; Dei miſericordiā omnibus uotis implorantes, ideo quidem in maxima ſpe

* 970 ſumus, ad nos ueniſſe, quem inuocamus, Dei ſpiritum. Hoc uero maximum pignus diuinæ miſericordiæ habemus, nempe ipſam hanc inchoationē concilij, in quo nunc conuenimus ad erigendā & inſtaurandam pene collapſam Eccleſiā, ut uetus populus poſt diuturnā captiuitatē apud externos reges, redijt Hieroſolymā ad inſtaurandū templum. In illius uero populi ſtatu, in illorum læta ad patriā profectione, & templi inſtauratione, noſtri quidē temporis & noſtri ſtatus, in hoc præſertim cōcilio, imaginē intueri poſſumus: & in ducum eiuſdem populi exemplo, ueſtrum, qui duces eſtis populo Dei ad cœleſtem patriam cōtendenti, officium uidere. Quare omnes uos magnopere hortamur, ut ſæpius ad memoriam reuocetis, quæ in Eſdræ, quæ in Nehemiæ, q̄ etiam in Danielis libris ſunt ſcripta: in quibus conſilia oīum ducum populi explicantur, q̄ hunc unū ſemper ſcopū habuerunt, ut ſua & populi atq; patrū peccata confitentes, ad pœnitentiā & implorationē diuinæ miſericordiæ omnes excitarent. Quod cum populos faceret, tum quidem omnia illis fœliciter ſucceſſere. Eadem uero conſilia nobis, ſi felicem ſucceſſum & exitū expectare uolumus in inſtauranda Eccleſia, ob quam cauſam læti huc in ſpiritu conuenimus, ſequenda erunt: atq; eo quidem magis, quo etiam maiora nobis certamina impendent inſtauraturis Eccleſiam, q̄ illis inſtauraturis templum. Si enim illis multi, quo minus id perficeretur, ſe oppoſuere: ſi multi etiam cum opus impedire non poſſent, eos irriſerunt: hoc quidem ſic habetote nobis nec irriſores defuturos, nec qui maximis uiribus a cœpto opere nos detterreāt & auocent: Habebimus uero non modo colluctationem cum carne & ſanguine, ſed cum ſpiri-

tualibus nequitijs in cœleſtibus. Ephe. 6 c Verum his omnibus potētior eſtis, in cuius nomine hoc opus ſumus aggreſſi. Quare in eo confidamus, ipſum precibus inuocemus, & ipſe omnia perficiet. Quia uero hoc concilium cum deliberantium, tum uero iudicantium ſpeciē refert, in quo & deliberatur de ijs, quæ ad uniuerſalis Eccleſiæ bonum pertinēt, & etiā iudicatur, tam de rebus, quàm de perſonis: ſedemus enim tanquam iudicantes duodecim tribus Iſrael, quibus compræhenditur uniuerſus populus Dei: ideo hic maxime locus uidetur noſipſos admonēdi, ut caueamus ab his, quę uel conſultandi, uel iudicandi uim in nobis deprauare ſolent. Hæc uero ſunt ipſæ animi paſſiones: quæ ideo etiam perturbationes uocantur, quia rectum & uerum de rebus iudicium, & ſenſum perturbant ac peruertunt: in quibus maxime illa ſunt cauenda, quæ recte monet Ethnicus ille in conſilijs abijcienda, cum dicit, Omnes homines, qui de rebus dubijs conſultant, ab ira, odio, amicitia, uacuos eſſe deberet. *Cæſaris in Catil. uerba.* Nam cum in hæc omne genus hominum ſit propēſum, tū uero ij maxime, qui principibus ſeruiunt: tales enim uehementiores habēt affectiones: facillime aūt ad gratiā loquunrur, uel ad odiū: ut ſcilicet ipſos exiſtimātprincipes affectos eſſe, a q̄bus mercedē expectant. Cū uero de principibus loquimur, tam de his qui Eccleſiaſtici uocantur, q̄ qui ſeculares, loquimur. Ac licet quidem nos

principes chriſtianos habere agnoſcamus, &
gaudeamus, id quod in ueteri & iam recens
fundata Eccleſia Patres noſtri nō habuerunt:
tamen ante omnia nobis in hoc concilio ſem
per eſt animaduertendū, hunc non eſſe locū
laudandi aliquē, niſi ſolum Deum in Chriſto
Ieſu, atq; illum ſolùm iuſtificandi, omne autē
genus hominū condemnandi: primum, uero
noſipſos, qui hæc loquimur, ut cum Daniele
Baruc.1.c dicamus, Nobis confuſio faciei, Regibus no-
Dan 9. b ſtris, Principibus noſtris, & patribus noſtris,
qui peccauerunt: tibi autem domino Deo no
ſtro miſericordia & propitiatio, quia receſſi-
mus a te, & non audiuimus uocē domini Dei
noſtri, ut ambularemus in lege eius, quā po-
ſuit nobis per ſeruos ſuos prophetas. Et omnis
Iſrael præuaricati ſunt legem tuam, & declina
uerunt, ne audirent uocem tuam, & ſtillauit
ſuper nos maledictio & deteſtatio. Hic uero
nunc locus eſſet, ut eiuſdem Prophetæ exem-
plum ſequentes, cuius uerba modo recitaui-
mus, nō ſolum noſtra, qui Sacerdotes ſumus,
ſed populi, ſed principum, coram Deo & eccle
ſia eius, peccata cōfiteremur, proq; omnibus
ueniam imploraremus. Sic uero dicit Daniel:
Cumq; adhuc loquerer, & orarem, & confite-
rer peccata mea, & peccata populi mei: nomi-
ne populi hoc loco omniū ordinū perſonas
complectens, ut eius confeſsio, quam modo
recitauimus, declarat. Qua in re, quid nobis,
qui pro ſalute uniuerſæ eccleſiæ tantis malis
oppreſſæ, huc conuenimus, faciendum ſit, ſa
tis indicare uidetur: nimirum, ut noſtra, & ſi-
mul principum, ac populi peccata flentes con
fiteamur. id quod plane in ſpiritu mœroris ſa-
tis nūc abunde facimus: uerbis uero uberius
faceremus, ſi ipſi Principes adeſſent, qui ſuam
nobiſcū confeſsionē & lachrymas coniuge-
rent. Eiuſmodi uero quaſi funiculis peccato-
rum, ut Prophetæ loquuntur, Sacerdotum ac
Principum, atq; ipſius populi peccata ſunt col
ligata, ut difficile ſit de unius ordinis peccatis
inquirere, quin reliquorum ſimul ordinū pec-
cata appareant. Sic uero omnes ordines una
orationis ſerie accuſans, in ueteri populo di-
Ezech.22 cit. Ezechiel in perſona Dei: Sacerdotes eius
contempſerunt legem meam, & polluerunt
ſanctuaria mea: inter ſacrum & profanū non
habuerunt diſtantiam Principes eius in me-
dio illius, quaſi lupi rapientes prædam, ad ef
* 971 fundendum ſanguinem & ad perdendas ani-
mas, & auare ſectanda lucra. Populi terræ ca-
lūniabātur calūniā. Hæc ille. Quę utinā ad illa
ſolū tempora pertinerent, ac nō noſtri quoq;
temporis imaginem referrent. Vtinam cum
de corruptela morum Sacerdotum loquimur
huic maximam occaſionem, maximam ma-
teriam, & auctoritatem, ipſos principes, atq;
ipſum populum dediſſe negare poſſemus.
Sed reprimamus nunc uerba uſq; ad tempus
magis opportunum, fontes autem commu-
nium lachrymarum aperiamus. Redeamus
uero ad eos, quos cœpimus admonendos,
præſertim Epiſcopos, qui cum mandatis prin
cipum huc uenerunt. Sic uero illos admone-
mus, ut omni, qua poſſunt fide & diligentia
ſuis principibus ſeruiant: uerum ut epiſcopos
decet, ſic illis ſeruiant, ut ſerui Dei, non ut ſer-
ui hominum. Nolite, inquit Apoſtolus, ſerui
hominum eſſe. Primum uero ſeruiant uni re- 1.cor.7. d
gi Chriſto, cui Deus pater omnem poteſtatē
dedit: deinde uero propter eum, omnibus,
maxime autem principibus: Cui honorem,
honorem: cui tributum, tributum. Hortamur Rom.13 b
autem, ut principibus ſeruiant ad honorem,
quemadmodum eorum mādata uerbis ipſis
præ ſe ferunt: in quibus nihil fere, niſi honori-
ficum, & ad publicam utilitatē ſpectās, pro-
ponitur. Sic uero in ſumma ſeruiant, ut eorū
officium in primis ſpectet ad honorem Dei,
& utilitatem huius Concilij, quod propter pu
blicum bonum eſt cōuocatum. Quare ut ab
hoc maxime dehortamur omnes, qui hic ſen
tentias coram Deo & Angelis eius, atq; coram
uniuerſa Eccleſia ſumus dicturi, ne ad gratiā
hominis alicuius loquamur: ſic etiam multo
magis, ne ad odium cuiuſquam, ſententiam
proferamus, etiam ſi contra nos aduerſarij,
uel inimici & hoſtis perſonam gerat: deniq; ut
ab omni inter nos contentione abſtineamus,
maxime optamus, & in Domino hortamur.
Hæc enim ſunt, quæ contriſtant & repellunt,
quem inuocauimus Spiritumſanctum, ſine
quo nihil omnino facere poterimus, quod ad
bonum & pacem Eccleſiæ cedat. Cum enim
(inquit Apoſtolus) ſint inter uos contentio- 1.Cor.3 a
nes, nonne homines eſtis, & ſecundum homi
nem ambulatis? Cum uero homines eos ap-
pellat, Spiritus Dei expertes intelligit. In omni
bus autem, quæ ad reformationem Eccleſiæ
pertinent, ob quam cauſam conuenimus, imi
tari nos oportet illum, qui eam primum for-
mauit: de quo ad hoc ipſum opus ingredien-
te, ſic in perſona Dei Propheta loquitur: Ecce
ſeruus meus, quē elegi: dilectus meus, in quo Eſa.42.
bene complacuit animæ meæ. dedi ſpiritum
meum ſuper eum: iudicium gentibus nuncia
bit: non contendet, neq; clamabit, arundinem
quaſſatam non confringet, & linū fumigans
non extinguet. Hunc uero ſpiritum pacis, cha-
ritatis

ritatis & manſuetudinis, cum ſemper apud omnes, & cum omnibus oſtedere debeamus tum uero maxime in hoc ſacro conſeſſu, in quo conuenimus, ut per gratiam ipſius Spiritus, contentiõibus, quæ nimis diu Eccleſiam uexarunt, finis tandem imponatur. Quare ne ipſi ullam contentionis anſam alicui demus, qui pacificorum perſonam gerimus, maxime eſt cauendum. Hoc uero, & cætera omnia incommoda & impedimenta pacis unico modo euitabimus, atq; ad optatum pacis portũ perueniemus, ſi precibus ab humili & contrito corde profectis, ipſum Chriſti ſpiritum, q
Ephe. 2. a eſt pax noſtra, inuocauerimus, ut in hoc concilio præſideat, ut lucem cordibus noſtris infundat. utq; nos in omnibus ad ipſius honorem, & ueram eccleſiæ utilitatem regat & dirigat. Ad tales enim ipſe dicit: Adhuc te lo-
Eſa. 65. d quente, ecce adſum. Quare ut eiuſmodi orationibus aſſidue incumbamus, quanta poſſumus charitate uos in Domino hortamur, ut uno ore atq; uno ſpiritu, Deum patrem in Chriſto Ieſu glorificemus, qui eſt Deus benedictus in ſecula. Amen.

CONCIO FRATRIS DOMINICI *Soto Segobienſis Theologi, ordinis Prædicatorũ. De extremo iudicio, quod Euangelium prima Dñica Aduentus miſſali Romano legitur, ad Legatos & Synodũ, eadẽ die Tridenti habita.*

Concilium uobis aliud, idemq; œcumenicũ, diei huius celebritas ob oculos ponit, Apoſtolica ſancta legatio, & qui ſub hoc capite Chriſti corpus refertis, cardinalis Tridentine, Illuſtriſ & reliqua ampliſſimorũ præſulũ ſacra Synodus. Conciliũ iudiciumq; euangelicus uobis hodie præco denunciat, ab hoc longe diuerſum, quod tam anxia nos expectatione animi pendentes tam diu torquet: ſane quod ut uniuerſalius, ita tum maiori rigore cogendum ſit, tum etiam celebrandũ multo celerius: quippe quo uiuorum omnium, mortuorumq; uniuerſitas, non a remotiſſimis modo terris, ſed ex penitiſſimis etiã terræ uiſceribus, uno pato ſigno, eſt euocanda, eodemq; momento ſiſtenda. Quoniã illic nihil ſegnitiæ loci: cauſatio nulla, quã ſuæ quis moræ ualeat pretexere nullus, quo poſſit qſpiã animũ diſſimulare, efficax color: neu qui nos perterrefaciant, armorũ ulli ſtrepitus: neu qui remouentur (ne peius dicam) nouorũ hoīum cauilli. Ecquid fictitijs in rebus excogitari q̃at quod diuinæ illi, tremendeq; tunc maieſtati, ubi conuentũ imperauerit illũ obſiſtat? Quãdoquidem terra quos mortuos, quaſi ſequeſtra apud ſe depoſitos receperat, etſi corpora etiamnum in cineres auraſq; iam olim diſperierint: eoſdem mortuos, uitæ reſtitutos, repe- 971 *
tenti Chriſto, ſumma fide totos reddet: & nõ ſecus, ac ſiſtendi uas, ante eius tribunal ſuas ipſorũ cauſas dicturos exhibebit. Et cœli ſtare neſcij, ſed quibus ingenitum, & ſuapte natura conſtantiſſimum eſt, perpetuis pernicibuſq; lationibus circumuolui, gradum ſiſtere iuſſi, parebunt: & ante iudicis thronum accerſiti, pauidi, atq; ſuo contracto iubare pallentes, cõparebunt, qui tamen ſui nullam neceſſe habent rationem reddere, ut qui ſint rationis expertes: neq; uero ſi uel maxime tenerentur, habent quod extimeſcerent: ut qui nullum imperium recuſent, ſed quæ ſibi obtigere munia, fideli ſemper cura & diligentia exequantur: at quòd ſint aduerſus hominum nequitiam & perfidiam teſtimonium dicturi, id merito perhorreſcent. Heu nimium aſpidem obtuſis auribus ſuperantes, & quibuſuis talpis cæciores, qui ſtupore plumbum adamantaq; duritie uincimus: eadem ipſa terribilis Dei uerba, quę *Eſa. 1. a*
illo tunc toruo ab ira uultu prolaturus eſt: illa inquam, Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam dominus loquutus eſt: Filios enutriui, & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me: Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. Et quod ſub cœlo- *Deu. 32. e*
rum itidem & terræ atteſtatione alius eiuſdẽ ordinis propheta in eandem ſententiam confert: Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit uſque ad inferni nouiſsima: Eadem inquã hæc uerba, quibus homines rei fiunt, cœli uero nihil aliud quàm teſtes citantur, cœli inſenſibiles expaueſcent: rationales uero homines, uel non audimus, uel nõ intelligimus: uel certe ſi audimus & intelligimus, nihil plus tamẽ eorũ ſenſu afficimur: ſed q̃ adamas quatiente malleo, peius ea nos excutimus. At ne abſq; ulla prorſus diſtributionis luce diutius confuſa diuagetur oratio, tametſi uerear, ut p̃ temporis anguſtia explicare ſuis numeris atq; exornare nequeã. tria tamẽ narrabo, aut certe utcunq; adumbrata ac delineata relinquã. Eram enim dicturus, quorũ, quando, & quomodo ſumus extremo illo pertremendo tribunali rationem reddituri. Atq; primæ expediendæ partis inde ex ordine aptiſſime ratio-

nem

nem petere uideor, ſi unū eſſe hominē oſtendo in hac rerum ſenſibiliū uniuerſitate, a quo factorum ratio & cauſa tum exigi poſſit iure, tum etiam merito reddi debeat. Id profecto quod eſt citra negocium demōſtrare. Nā cauſam cur quid quis faciat, nemo ſane reſpōdere quiuerit, præterquam qui rerū cauſas uidet, & conſequentia cernit: in ſua demum poteſtate habet, res ſic, alteréue efficere: nam cui aliter conſtituere non fuerat liberū, cum hoc, cur ita fecerit, quid rogo expoſtules? Eſt autē in rebus (citra Angelos) ſolus homo ratione, liberoq; arbitrio prædıtus. eſt ergo unus, qui tum ſui, tum rerum earum, quæ in ſuum dominium & uſum ueniūt, rationem ſit reſponſurus. At quidnam rerum eſſe dicam in eius imperio & ditione? quid? Quantum eſt cunq; noſtris ſubiectum oculis. Quanta ſunt uidelicet cœlorum uaſtisſima corpora, & quā intra ſe multa capere poſſunt, in hominis ſunt ditionem cuncta redacta. Scripturam, de hoc quam dicat ſententiam, cōſulamus, faciamus (inquit) hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrā, ut præſit piſcibus maris, & uolatilibus cœli, & beſtijs, uniuerſæq; terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. Quid eſt autem, Faciamus hominē ad imaginem & ſimilitudinem noſtram? Nimirū aliquid uelut argilla efformemus, quò faciei noſtræ ſpecimen, uultuſq; lumē noſtri exprimamus. Nāq; per ſyluam cæterarū rerum, nihilo magis authorem cognoſceres, quā hominis imaginem per eius tenue confuſumq; ueſtigium: utpote, quæ ſint, aut uiuant, procul dubio ad ſummum, citra mentem, cognoſcant. Ergo (quæ facies Dei eſt) mentis inſigne, rationisq; & libertatis ſplendorem ac dignitatem, nulli rerū præter hominem (angelos mittimus) impreſſit. Quocirca (ut ab hoc ipſo ſuggeſto alias me ad uos dixiſſe memini) quis nihil de rebus Deus niſi conſilio altisſimo cōſtituat, nobis tamen alijs uerbis ſcriptura conformationem hominis denarrauit, quàm rerum aliarū creationem, quo eius inde præ alijs excelſitatem dignoſceremus. Nam res aliæ uniuerſæ, quippe quæ neceſſitate & quaſi coactu aguntur, metus non erat, ut a nutu Dei, præſcriptisq; legibus deuiare, deflecteréque ratione ulla poſſent: & ideo uerbo ſimplici conditæ ſunt. Dixit enim: Fiat lux, & facta eſt lux. dixitq; : Fiat firmamentum, & factum eſt firmamentū. dixit: Producat terra herbas & animantes, & factum eſt ita. At uero hominem, cui ſui erat ipſius faciēda poteſtas, & facultas, ut nō ui, uti cętera, compulſuq; & illata neceſſitate, ſed libere a Deo in bonum promoueretur: ut ante illum bono & malo, igne & aqua conſtitutis: manum, alterutri eſſet libitum, admoueret, quiq; eo eſſet libertatis donandus,) ſi tamen libertas hæc eſt (ut contra quàm Deus præciperet, faceret ipſe, dum uellet: eodem hominē auderet Deus producere. (ſi ſic infantibus nobis de infinita illa cūctipotentis ſapiētia balbutire lallareq; licet) niſi ratione maturius cogitata & deliberata? minime gētium. Ob idq; non ſimpliciter dixit, Fiat homo: ſed antequā faceret. Faciamus, inquit. Quod eſt quaſi habiti conſilij pronunciata ſententia, Deinde nō tanquā, ex nihilo derepēte, uti cætera, edidit: 973 *
ſed ex luto prius, quaſi figulina arte ad fabre corpus in tam uariam organorum pulchritudinem efformauit, mox ſpiraculū uitæ inſpirauit in faciē. Quid ergo nos iſti recētes mortalium de libero arbitrio contendunt? Quid Dei faciem, animis noſtris impreſſam, detergere nobis, expungere, ac delere moliuntur, dicentes ea nos quandoq; a Deo neceſsitate, impetu ſcilicet & coactu moueri, qua cœli uel pecora? quod ſi nūquam nos adeo cogit. cur meritū nobis adimunt, quod affertu illis eſt neceſſarium, non modo temporaliū præmiorum, quod iam compulſi cœperunt confiteri ſed illius etiam, quo nos gratia perducit ſempiternæ gloriæ: Siquidem ut nos Deus impulſu in bonum præuenit, * tamen in noſtro arbitrio poſitum eſt, ut a præueniente nos eius gratia moueri conſentiamus. Cuius ſumus in iudicio cauſam dicturi, atq; adeo uel æterna daturi ſupplicia diſſenſus, uel conſenſus præmia accepturi ſempiterna. Sed caueo ne me nunc diſputatio hęc alio properantem, ſurripiat. In diuerticulum redeo. Subnectitur continuo loco memorato ſcripturæ: Et præſit piſcibus maris, & cætera. Id quod huiuſmodi eſt: In hoc faciamus hominem ad imaginem noſtram: iudicio ſcilicet & ratione donemus, qui orbi colendo ac moderando ſit idoneus atq; aptus, quē in dominiū mittamus uniuerſi cuiusq; fidei quantum rerum extruximus, ceu uitæ ſeruitia quædā, concredamus: nempe ut mundi tandem tranſcurſa periodo, ad noſtrū iudiciū accepti rationes afferat, & expēſi: quo rerum per ſe geſtarum, & quæ a nobis ſuſcepit, beneficiorum ſubductis rationibus, conſtet, perinde illum ſaltem fide, ſtudio, & ſolertia in officio erga nos continenter perſtitiſſe, atq; fuerit ipſe auide uſus obſequio mundi: atq; adeo liqueat, ùtrum gloriam in nos retulerit, quā ei cœli uaſtisſima mole ſua, fabrica, ornatu, pulchritudine, ordine utiq; ſummo, &
conſtan-

Geneſ. 1.

*for. * ita in.*

Pſal.18 conſtantia, enarrare nõ ceſſant: uerbumq; in-
tellexerit munificentisſimæ beneficentia no-
ſtræ, quod ignis, grando, nix, glacies iugiter
faciunt, unde laudes nobis & gratias debebit
perpetuas. At cuiuſnam alius rei extra hunc
mundum uniuerſum effari auſim, redditum
iri a nobis rationem in die illa? Nam extra
mundũ boni philoſophi nil, niſi inane quod-
dam interminum, meditantur. An de cura ſor
te qua ſpiritus in nos angelici incumbũt, deq;
uigilantisſima, qua nos protegunt, cuſtodia,
cauſam dicturi ſumus, quemadmodum ſcili-
cet ducatum eorum ſequuti, eorumq; ſimus
uſi ſubſidio, imò uero obſequio? Ecquis id
ambigat noſtrum, quin diuinis hæc quoque
beneficijs ponimus? Sed quid breuisſimã ad
dicendum mihi datam horã in ſeruitijs mun-
di, Angelorumq; auxilijs recẽſendis prodigo?
Hæc ad uos affero patres eccleſiæ ſidera, de
quibus uobiſcum etiamnum Deus rationem
inibit in die illa iræ: nempe ut filium ſuũ uni-
genitum, quem in rem penitus ueſtiã, & pro-
pter ueſtram ſalutem in hoc mundi miſeria-
rum profundum cœlo demiſit, exceperitis &
tractaueritis. Quomodo fidem eius, docu-
menta, leges, conſilia, exempla cuſtodiatis:
Labores pro uobis exhauſtos, quas ærumnas
pertulit, acceptas iniurias, contumelias tole-
ratas, quibus uos officijs compenſetis: San-
guinem deniq; pro uobis, ad mortem uſq;,
& in cruce fuſum, qua ueneratione, religio-
ne, obſeruantia ac ſanctimonia obſeruetis:
Eccleſiam ſuam negocio tanto conſtructam
tam longa, tamq; clara & generoſa martyrũ
acie communitam, tot patrum doctrinis, ceu
lampadibus Spiritusſancti illuſtratam, eccle-
ſiam utiq; (ut totum dicamus) qualem diui-
na bonitas, ſapientia & potentia ædificauit,
qua fide & uigilantia ſeruetis, propugnetis, &
excolatis. O inenarrabilem Dei aduerſus ho-
mines charitatem, qui non in id nos ſolum
euexit gloriæ faſtigium, ut filij Dei nomine-
mur & ſimus, ſed quo nos in filios adopta-
Ioan.3. ret, naturalem nobis contulit. Sic enim Deus
(ait ille charitatis æſtimãdæ prudentiſſimus)
dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitũ
daret. Mundum, qui Deum ſemper odio ha-
buit, ita eundem mundum deamauit Deus,
ut filium ſuum, ſplendorem gloriæ ſuæ, & ſub-
ſtantiæ figuram (nam deitate ſibi parem, quin
& eſſentia eundem) mundi mortalibus tradi
derit, quos immortalitate donaret. Nam cur
non dicam, Tradiderit? Cui non maiores ho
nores habuit mundus, quam quem ludibrio
& opprobrio habitum, eo demum malorũ
detruſerit, ut cruci latronum medium, ceu
maledictum quoddam (liceat cum Paulo ſic Gal.3.b
dicere) affixerit. Quod ille aliter proferre au-
ſus eſt, quam teſtimonio ſubinde ſubiecto:
Quoniam maledictus omnis qui pendet in li Deu.21.d
gno. Num ſatis perſpectum uobis, quo nos
Deus negocio filios effecerit? Suo nos ſemel
ſanguine in cruce genuit: eodem in ſacramen
te quotidie nutrit. An comminiſci unquam
cogitaſtis patres ampliſſimi, & omnium pro-
uidentisſimi, qua uos ratione in diuino tribu-
nali de neglecto ſanguine Chriſti poſſitis de-
fendere: quem ueſtræ fidei ibi commiſit, ubi
quas animas cruore ſuo ſeruauerat, earun-
dem uos animarum in cuſtodia collocauit?
Sed & de urbe fortitudinis noſtræ Sion, (hoc Eſa.26.a
enim nomine Eccleſia eſt a Prophetis cele-
brata) cuius uos eſtis ſal ac lumina, & (quod Matt.5.b
ueſtrum nomen eſt) ſpeculatores & uigiles,
nunquid uobis in mentem uenit, an gemi-
nus cum primis, quem ei Chriſtus circundu-
xit, murus aliqua ex parte ſit forte neglectu
noſtro interruptus, qua ueſtra eum diligen-
tia uos reficere & inſtaurare debeatis? Gemi
nus inquam, quoniam ponetur (ait) in ea mu
rus & antemurale. Quid murus & antemura-
le? Leges, & aliæ leges: diuinæ leges, quæ ſunt
firmisſima mœnia, atq; ſanctisſima, quibus
eſt Eccleſia circunſepta: & propter diuinas,
humanæ inſuper in ipſarum propugnaculum
adhibitæ. Huc uellem noſtri iſtos inſectato-
res conuenire: hoc cum illis, ſi & temporis &
loci ratio ſineret, lubenter expoſtularem, de
quo nos ipſi uiciſſim tam acriter compellant.
Non enim (quod nobis calumniantur) tradi-
tiones hominum diuinis mandatis anteferi-
mus: ſed q; Chriſtus ipſe ſeruator noſter tanti
leges æſtimaſſet ſuas, tantiq; noſtra referre per
ſpiceret earum cuſtodiã, hominemq; ſciret ua
rium animal, eundemq; inconſtantium rerũ
uiciſſitudini ſubiectum, qui pro temporum
adeo conditione, & diuerſitate locorum, di-
uerſis legibus opus haberet in officio conti-
neri: ſuã hanc eccleſiæ prouidentisſime com
miſit facultatem, ubi paſtorem Petrum inſti-
tuit, ubi qua miſſus fuerat a uiuente patre, ea-
dem poteſtate Apoſtolos dimiſit, ubi Qui Luc.10.d
uos, inquit, audit, me audit: & ſæpenumero
alibi. Hac nimirum functi authoritate ſancti
patres, ſummo ſtudio & conſilio, aſſiden-
te ſpiritusſancto, qui ex pollicitatione Chri-
ſti manet nobiſcum in æternum, hoc legum Ioã.14.b
eccleſiaſticarum antemurale, ueluti urbis
pomœrium, euangelio ſuffecerunt: mona-
chatusq;, & alias ſaluberrimas cæremonias
inſti-

inſtituerunt. Quæ quanto ſint Eccleſiæ robo
ri & præſidio, ipſi iſti earum hoſtes documen
to nobis ſunt, & potentiſsimo teſtimonio. Nã
poſtquam eccleſiaſticum hoc munimen ſuis
opinionum cuniculis ſubuerterunt, qualiter
ius ipſum diuinum tali munitione denudatũ
defenderint, ipſi iudices ſunto. Abiecto mo-
nachatu, hominum ritu, ut quod de ſacerdoti
bus diuinum eſt inſtitutũ retinuerint, uideant
ſacramentalibus ſubueſis, qua religione ſa-
cramenta tractent. Breuiter poſtquam iure hu
mana ſolo æquauerunt, qua fide & religione
in Euangelio perſtent, faciat Deus ut ante hãc
quam prædicamus diem, agnoſcant. Quin au
denter hoc loco dicam: pronunciare (ſi audi-
re me pro ueſtra in Deum fide toleratis) nihil
cunctabor, neglectum põtificij iuris (niſi qui
bus hoc nomen nõ facit ſatis, ludibriũ mauul
tis, hęc nobis tempora attuliſſe) nempe quòd
patrum leges ſanctiſſimæ peſſum premi fue-
runt permiſſæ, id foueam ſuffodere & aperire
cœpit, in quam ueſtram eccleſiam coniectam
cernitis. Leges nanq; ut diuinæ, ita & humanę,
ſi conſideratè aliquando æſtimateq; perpẽdi-
ſtis, in hoc penitus poſitę ſunt, ut perexiguum
hunc & anguſtum bonorum temporalium a-
ceruum, inſatiabilis mortalium auiditas in pa-
ce & tranquillitate poſsideret: & ita inter nos
conſtare poſſet charitas. Sunt nimirum ueluti
lineæ & præſcripti quidam limites, quibus ho
mines in ſuo quiſq; iure contineantur, aliena
ne uiolent. Auguſtiſsimũ illud inexhauſtũm-
que diuinorum bonorũ pelagus, ſine fundo
altiſsimum, ampliſsimum extra menſuram, &
abſq; fine ſempiternum, illud eſt: quod ut non
per partes poſsidetur, ita neque præfinito ullo
modo debeat adamari & expeti: ſed ut ſe q;-
que auidiſsime in eius amorẽ dimiſerit, & effu
derit latiſsime, ita id omnes pace quietiſſimi poſ
ſidebunt maximo gaudio. At uero arctiſsima
hæc & breuisſima, uano nomine, bona, ob
idq; in commune poſsideri neſcia, lõge aliter:
q̃m niſi his ueluti uallo, ſignis poſsitis interſepi
rentur, omnibus tunc omnia inuadentibus,
cũcta ſacra atq; prophana ſusq; deq; pertrahe-
rent. Perpendire ergo uos cõſultiſsimi patres,
quos fideles ſeruos & prudentes cõſtituit Do
minus ſuper familiam ſuam, & ſuper candela
brum lucernas erexit, & in legũ ſpecula poſuit
cuſtodes, quã cauere debeatis uigilanter legi-
bus ueſtris: quas hominũ (quæ nihil non deſi
gnat) cupiditas prece & precio arietare nõ ceſ
ſat, quo ſibi aditus impune pateat ad uetita:
for. * ue ſtris. ne ſi quę ſunt ſanctiſsime obſeratę, adulterina
claue aperiatis, ret in illa die eccleſiæ * ueſtræ

diſpenſationibus diſsipatæ, cauſam tremebun
di dicatis. Nã inde eccleſiaſticum antemurale
abijt in maceriam, (quæ eſt ſine calce & cæ-
mento diſſoluti lapides) mox peſſundari &
pro non legibus haberi incipiunt, atq; adeo di
gnitas eccleſiaſtica contemptui haberi, conti-
nuo murus ſanctiſsimus diuinarũ legum nu-
tare & uacillare, confeſtim charitas languere
primum, poſt labefactari, ſpes concidere, po-
ſtremo euelli fides. An putatis aut ſine legib'
conſtare charitatem, aũt ſine charitate uel ſta
re ſpem, uel fidem poſſe uiuere? Fundamentũ,
parietes, & tectum contemplamini. Vbi Chri
ſtus ædificauit Eccleſiam, fundamentis fidei
ſubiectis, ſpem noſtram erexit: & quæ ædifi-
cium contegeret, charitatem ſuperne extẽdit, 1. Thi. 1. a
quæ authore Paulo, tum præceptorum eſt fi-
nis, tũ etiam uinculum perfectionis: legibusq;
tum diuinis, tũ humanis conſtabiliuit, ut bo-
nis omnibus gradibusq; ac dignitatibus pro
cuiuſq; meritis diſtributis, ſpecimen triumphã
tis illius, heu heu, Eccleſia hæc militantium
exhiberet. Satan ergo arte retexendi Chriſti
ſtructuram inſtructus, a faſtigio eam contra
demoliri orſus, ad ima uſq; deturbat. Auſcul-
temus interim tantiſper iudicem noſtrum mi-
rifica clementia & lenitate rationem de hoc
ponentem cum ſeruis ſuis, ne in die illa ſtupẽ-
da irati ipſius acerbiſsimam ſeueritatem ex-
timeſcamus. Audite (inquit) habitatores Ie- Eſa. 5. a
ruſalem, iudicate inter me & uineam meam.
Viri uidentes, (nam id eſt in nomine ſignifi-
catus) uiri perſpectiſsimi, qui omni affectione
liberi, integram habetis iudicandi poteſta-
tem, ſedete iudices inter me & uineam meam.
Vinea facta eſt dilecto meo: eccleſiam unige-
nito meo plantaui. Nam patris hic uerba ſub 975 *
audire uideor: Specioſiſsimam uineam plan-
tauit Deus dilecto ſuo. Nam ex quincunce
conſeuit uites, ut quolibet uerſus ſpectaue-
ris, rectiſsimos ordines conſpicias. Et ſæpius
eam. Aedificaui turrim (ſcilicet fidei) in medio Mat. 21. d
eius: & torcular (ſacramentorum uidelicet)
extruxi in ea, quo nectar gratiæ diuinæ expri-
mitur. Quid eſt quod debui ultra facere ui- Eſa. 5. a
neæ meæ, & non feci? An quòd expectaui ꝙ
faceret uuas, & fecit labruſcas? Et nunc oſten
dam uobis quid ego faciam uineæ meæ: Au-
feram ſepem eius, & erit in direptionem: di-
ruam maceriem eius, & erit in conculcationẽ:
& ponam eam deſertam, non putabitur, &
non fodietur: & aſcendent ſuper eam uepres
& ſpinæ, & nubibus mandabo ne pluent ſu-
per eam imbrem. Perſcrutamini uos myſte-
ria myſtæ ſapientiſsimi: peruia ſunt, ipſa ſe
produnt.

produnt. O quo te is præcipitatum, quæ de eius latere promanaſti, eccleſia Chriſti, ſponſa, columba, amica, formoſa, ſpecioſa Chriſti, & his atq; talibus ſexcentis epithetis inſignite a diuina ſapientia cumulata? Quo te Petri nauicula eliſam, diffractam, ſubuerſam rapit noſtrorũ criminum procella? Quid noſtræ cauſæ tam diu indormis Chriſte ſeruator noſter? Cur Petre magiſtrũ ex ꝓfundiſsimo iſto ſomno excitare non properas, qui tibi creditæ nauis ſuccurſum ueniat? Imo uero & tu caue uiciſsim Petre, illam iterum magiſtri reprǽhen-
Marc.14. ſionem audias. Simon dormis? quid meæ nõ inuigilas cauſæ? Et nos ipſimet caueamus nobis. Nam quis nos, malum, lethargus aut ueternus mente abalienauit, & noſtrimet nos
Luc.21. occupauit obliuio? Attendamus parumper cuius nos admonet Euangelium. Conſpicite & leuate capita ueſtra. Animo perſpicienter reputate ſigna in Sole, Luna & ſtellis, quę eſtatem redemptionis ueſtræ appetere iam pnunciant Signa (inquã) non illa, quæ in huiuſmodi elementis uiſibiliter apparebunt: quæ ſcilicet alius euangeliſtarum exponit, Solis & Lunæ tenebras, & ſtellarum caſus, ſed quæ ſub illis myſterio abdita latent. Hanc enim ſecundam concionis partem breuiſsime perſtringam. Nam præterquam ꝙ (ut Auguſtinus ad Eupſychium ſcribit) non omnia hæc ſigna pertinent ad finale iudiciũ, ſed quædã ad Hieroſolymitanam ſubuerſionẽ: illa quæ ad iudicium attinent, nõ ita ſunt intelligenda, ut ſint a Chriſto tanquã indicia manifeſta deſignata. Enimuero ut noſtrũ extremum diem, cuiuſq; ſuũ, ex re noſtra eſt ut ignoremus, (nempe quo hinc certitudine mortis, incertitudine inde temporis, utrinq; magis ad bonum magisq; excitemur, perſiſtamusq; in uigilia cautiores) ita & diei illius præcioſos nos eſſe, nihil ad ſalutem noſtram pertinebat. Id quod nos admonitos eſſe uoluit Chriſtus, ubi de die illa neminem nouiſſe ait, neq; filium ho-
Marc.13. minis: & ubi Apoſtolorum minime intereſſe
Act.1. pronunciat, ſcire tempora & momenta, quæ in patris ſunt poſita poteſtate. Etenim cum cœleſtium ſecretorum illa ad nos prorſus attulerit Chriſtus, quæ ad noſtram nobis ſalutem conducunt, nihil aliud eſt Chriſtũ diem illũ ignoraſſe, ꝗ nõ habuiſſe in mandatis a patre, neq; ſe tanꝗ redemptorẽ decere diẽ illũ re-
Luc.21. uelare. Quid ergo ſibi hoc euangelio uoluit, Cum uideritis hæc fieri, ſcitote quoniã prope eſt regnum Dei? Porro (quantum conijcio) nihil aliud, ꝗ qđ ubicũq; ꝓdigioſa aliqua ſigna & extra conſuetũ naturæ ordinem, hæc mundi præcipua elementa dederint: in mentẽ nobis & memoriam ueniat illius diei, quoniam ſunt omnia nihil aliud ꝗ ſtrepitus quidã ruinæ illius magnæ, quã nobis mundus comminatur. Quamobrem perſpicienter Patres & ſapienter ſcrutati ſunt myſtica quædam eiuſmodi ſignorum ſenſa, ſigna ſcilicet eorum, ꝗ eccleſia a ſuis ſemp uſq; incunabulis, afflictis rebus, perpeſſa eſt, finis etiã eius & caſus indicia. Quæ quantum egomet mecum ſæpe & multum animo conſidero, uidere non uideor, quo ingraueſcendo ire iam poſſint deterius, ꝗ modo ſunt in oculis noſtris: niſi forte unde eccleſiam euertere ualeant funditus. His nanq; Solis & Lunæ, ſtellarumq; nominibus, poteſtates ambas, eccleſiaſticam & ſecularẽ, ſanctorumq; præterea ſplendorem ſubaudiunt myſteriorum periti. Solem autẽ ſplendidiſsimũ, ac fulgentiſsimũ iubar apoſtolicæ ac perinde ſanctiſsimæ ſedis, ubi ſuum Chriſtus Petrum cum plena poteſtate uicariũ collocauit, quaq; eius perpetuo ſucceſſores ad gubernacula ſedere conſtituit, quãdo nã queſo maiores noſtri peius tenebreſcere conſpexere, maioriq; obuolui caligine? Legimus porrò multorũ capita & nomina hæreticorum, qui pfidè ab eccleſia catholica deſciuere: at quando gentium (ſi ueſtras fando uenit in aures) honorificentiſsimũ nomẽ ſanctiſsimi Papæ, uel turcis fuit adeo inuiſum, abiectũ, & ſi audire poteſtis) infame, ꝗ eſt quibuſdam modo Chriſtianis? Adeo ut chriſtianis eregione Papiſtas opponant, Papiſtas & Antichriſtos pro ſynonymis ducant. Ita de die iudicij inſtitue- 2.Theſ.2.
bat Theſſalonicenſes Paulus: nempe ꝙ ubi uenerit diſceſsio primum, mox reuelatus fuerit homo ille peccati, filius perditionis, tũc erit finis. Diſceſsionem autem, ſi ad diſſolutionem charitatis ſpectetis, quæ (ut dudum dicebamus (eſt uinculum perfectionis, quando timetis maiorem? Si uero ad rebellionem, qua ſuum in caput coniurant membra, quando parem? Tres eccleſias rationibus diuerſiſſimas. nã*fidibus, (ita enim de diuiſa fide loqui non uereor) ſacramentis, etiam capitibus diſſectas, patimur, quod nullum pertulit unq̃ chriſtianorum ſeculũ. Tres in partes diſcerpta eſt a Chriſtianis inconſutilis Chriſti tunica: quam neque eius ipſi crucifixores diſcindere intentarunt. Quin Chriſtũ ipſum, qui eſt apoſtolico teſtimonio indiuiſus, in cuius myſterium carnifices, etiam illi oſſa eius infringere abſtinuerunt, in fruſta chriſtiani dilaniant. Quod aũt ad Antichriſtũ attinet, nõ ẽ de quo nobis inter nos facilius conueniat, ꝗ ꝙ eſt in

for.*fidebus.
976*
Ioan.19.

fontibus:

ſoribus:niſi ꝙ illi a nobis id mali timent,nos cōtra ab ipſis. De luna uero, hoc eſt,ciuili poteſtate,id tātum dicere cogitaui, quòd bona eius pars ſuum ſolem eclipſat, tota prope modum)iuxta Ioelis de die illa uaticinium)uerſa

Ioel.2. eſt in ſanguinem. Ecquid de ſanctisſimis tandem ſtellis,diuis inquam, qui tanquàm ſtella a ſtella differentes,ita regno cœlorum ſplendeſcunt? Quonam loci deciderunt? Eſt enim in hiſtorijs, Vigilantium reclamaſſe contra ſanctorum inuocationes, Almerichū & alios abieciſſe ex templis imagines: quorum ſunt

✱ errores omnes✱errorum Concilijs cōdemnati:id tamen improperij & contumeliæ, quod diui in ſuis delubris ſub hoc ætatis accipiūt, nuſquā legimus. Nam ut indulgeremus iſtis imagines depellere, quid tamen excuſare poſſunt,quod eo illas dehoneſtamento & uituperio perſequantur,fœdius qui dæmoniorum idola,deturpantes diuorum effigies,confringentes, & in deridiculum concremantes? Nonne ſi in Regum ſtatuas hæc perpetraſſent, rei eſſent læſæ maieſtatis? Vos ergo cum uideritis hæc fieri,ſcitote quoniam eſt prope regnum Dei. Quòd ſi nullus adhuc nos ab his metus ſubijt appropinquantis caſus mūdi:tamen ꝙ ſi hęc ſerpere latius pergant,nempe, ꝙ ſi eccleſiam hinc moribus noſtris(q catholici cenſemur) ſyluescere,aliorum inde arietibus cōcuti permittatis,citius ſit iam in capita ueſtra ruitura, id ſaltem non poteſtis non uehementer extimeſcere. Scire cupitis quàm abeſt procul eccleſiæ ruina? quàm hoc uobis concilium in animos alte infixum fuerit? Si re infecta,terga hinc uertitis,reſponſum meditando conficite,quo æquisſimo illi,ſed acerrimo ac ſeuerisſimo tunc iudici facere posſitis ſatis,ubi neglectæ a uobis deſertæq; & amiſſæ eccleſiæ ſuæ rationem depopoſcerit, dum uitam ueſtram ad ſanctisſimas ſuas leges exegerit, dū officia ueſtra & obſequia cum infinitis beneficijs,quæ apud uos ad mortem uſq; colloca uit,contulerit. O utinam ſic nos interim, Patres Eccleſiæ lumina, uigilanter hic componamus,dum tempus nos miſericordiæ expectat,ut non in illa,quæ nos manet, teterrima

Luc.21. iuſtitiæ hora areſcamus(quod eſt in Euangelio)pre timore & expectatione quæ ſuperueniet uniuerſo orbi: quando(ſi de poſtrema, quam propoſuimus,parte audire etiam non piget(exerere ſe ac manifeſtare conſtituit in forma humana diuina maieſtas,Chriſtus uidelicet Deus homo, cui & collata eſt omnis

Matt.28 poteſtas in cœlo & in terra, & datum iudiciū

Ioan.5. facere,quia filius hominis eſt,qui iure humani generis redempti & ſeruati conſtitutus eſt iudex uiuorum & mortuorum. Nam in hoc (inquit Paulus)mortuus eſt & reſurrexit,ut & Ro.14.b

uiuorum & mortuorum dominetur: qui humiliando ſe uſque ad mortem crucis, fecit ſibi nomen magnum ſuper omne nomen, ut Phil.2.

in nomine Ieſu celeberrimo omne genu flectatur,cœleſtium,terreſtrium & infernorum. His enim maieſtatis nominibus, dignitatisq; amplisſimis titulis prodibit in iudicium uniuerſorum iudex, nubibus inuectus, ſpiritalibus cœlorum uirtutibus,thronis ac dominationibus innixus,coronis angelorum redimitus.denſisſimis beatorū ordinibus ſtipatus. Nec edicto ſolum(ut ipſo naſcituro fecit im- Luc.2.a

perioſus ille Romanus) deſcribet uniuerſum orbem, ſed uno temporis momento quotquot a condito orbe in lucem dati ſunt, in ſuum conſpectum compulſos dabit. Nā quos dormientes hic a ſomno & torpore mitisſima illa uox Pauli, Hora eſt iam nos de ſom- Rom.13.

no ſurgere,expergeſacere nequiuerat, mortuos tunc euangelica tuba e ſepulchris perterritos excitabit. Quos inter nulla Iudæi & Græci,diuitis atq; pauperis, potentis & impotentis,principis maximi & plebeij minimi ſupererit differentia:ſed cunctis poſitis pſonis,quas in hac mundi comœdia, alijs natura tribuit, alijs uel fortuna obiecit,uel cōparauit induſtria, alijs uero iniquitas forte,ſiue fraude,ſiue audacia adiunxit,nullum fiet reliquum in terſtitium,quàm quod fides & gratia Chriſti, uel cum ea officia noſtra & res geſtæ in Chriſtiana iſta militia cōſtituerint. Recipiet enim 2.Cor 5 b

unuſquiſq; coronam iuſtitiæ, prout geſſit in corpore. O abditisſima mortalium pectora, & q̄ eſt infimum terræ centrum,altius recondita, tam ſimulandi artificio fucata & disſimulata,falſis externe preſtigijs oculos eludētia:ea quæ clam geſtatis conſilia, quàm ſunt illa die palam in oculis omnium exponenda, q̄ uniuerſis reuelāda patenter? Nempe ut qui uel a nulla ſunt cogitatione de diuina amicitia deiecti,uel quæ ſemel admiſerint, per pœnitentiam delenda curauerint, eorum peccata,gratia Chriſti contecta, non niſi ad gloriā Pſal.31.

pateſcant,illaq; tūc ſint uoce digni: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata:eorum uero animi, qui Deū intima cordis cernentem non erubeſcunt,ut eos malefactorum aliquando depudeat, ad ignominiam tunc retegantur. Ecce effigiem atq; imaginē futuræ illius areę,quo eſt Chriſti frumentum congregandum, ubi aduenerit æſtas,quā nobis hodie Euāgelium cōminat.

Ecce

Ecce ſpectaculũ mirificũ, alijs quidem teterri-
mum & acerbisſimum, alijs uero ſpectatisſi-
mũ: quãdo integer ille, incorruptus, atq; ideo
æquisſimus iudex cetrisſimo ſuo, perindeq́
*977 expaueſcendo uentilabro ſuã euentilabit are-
am, & quæ ſolida cõpererit, probataq́ grana,
in horrea illa cœleſtia condet, ubi neque æru
Matth.5. go, neq; tinea demolitur, neq; fures effodiunt
ut furentur, ſed infinitorũ eſt bonorũ cumu-
lus, atq; adeo ſempiterna felicitas. Paleas uero
Matth.3. igne comburet inextinguibili: eos nempe, qui
Deum maximum & immortalem, quàm res
inanes & momentaneas, minoris æſtimaue-
runt: qui in tenebras eiecti externas, palearũ
naturam ardendo imitantes, ſecula durabũt
ęterna. Ergo benignitate ueſtra patres illuſtriſ
ſimi, & attentione ſumma, quæ meam longi-
us, quàm inſtitueram, orationem prouexit,
diutius abuti ceſſo, ſi uos mecum modo exo-
ratos habeo, ne diuitijs nos bonitatis, patien
tiæ, & longanimitatis Dei abutamur, q adeo
nos toleranter ad pœnitentiam expectat, ut
honoris etiã ſui (ſi ita fas eſt loqui) prodigus
uideatur. Nam q̃ ita infinita noſtra facinora
æquanimiter ferat, ſunt qui eo dementiæ pro
ruarit, ut uel aliam eſſe uitam addubitent, uel
qui noſtra hæc curet, Deum ullum. Sed gra-
tias ei cum primis immenſas habeamus, aga-
mus, & quàm poſſumus referamus maximas:
qui ſanctisſimo domino noſtro in animum
induxit, cui firmum iam ſit & conſtitutisſi-
mum, tertia ab hac dominica Concilium in-
choare. De quo & eidem ſanctisſimo noſtro
gratias debet Eccleſia, qui omnibus poſtha-
bitis ſatanicis impedimentis, fixum habeat
amplisſimum hoc beneficium in Chriſtianã
Rempub. conferre. Mox Deum ipſum preca-
tionibus adeamus ſupplices, qui non nobis,
ſed nomini ſuo det gloriam: nempe qui non
propter nos, qui malorum hanc eluuiem cõ-
meriti ſumus, ſed propter gloriã nominis ſui,
quam tanti redemit, eccleſiam inſtauran-
dam curet. Quod enim ad nos attinet, nihil
ſane uerius concinere poſſumus, & magis cõ-
ſentaneum, quàm trium illud iuuenum con-
Dan.3.c. feſſionis canticum apud Danielem, quorum
nos fornace peius ardemus: Peccauimus, &
inique egimus recedentes a te, & deliquimus
in omnibus, & præcepta tua non audiui-
mus, nec obſeruauimus; nec fecimus ſicut
præceperas nobis, ut bene nobis eſſet. Om-
nia ergo quæ induxiſti ſuper nos, & uniuer-
ſa quæ feciſti nobis, in uero iudicio feciſti.
Et nunc non poſſumus aperire os: confu-
ſio & opprobrium facti ſumus ſeruis tuis, &
his qui colunt te. Ne queſumus tradas nos
in perpetuum propter nomen tuum, & ne diſ
ſipes teſtamentum tuum, neque auferas mi-
ſericordiam tuam a nobis, quoniam non eſt
in tempore hoc princeps & dux & propheta:
neque holocauſtum, neque ſacrificium, neq;
oblatio, neq; incenſum, neq; locus primitia-
rum coram te, ut posſimus inuenire miſeri-
cordiam tuam, ſed in anima contrita & ſpiri-
tu humilitatis ſuſcipiatur.

ORATIO R.P.D. CORNELII EPI-
ſcopi Bitontini, tertia Dominica Aduentus in Concilio Tridentino habita.

GAudete in Domino patres Phil. 4.
gaudete in domino Fra-
tres, iterum dico, gaudete 2. Cor.6.
omnes. Ecce enim tẽpus
acceptabile, ecce dies cer-
tisſimæ expectatisſimęq́
ſalutis, quo nõ modo ho-
mines, quibus natura parens ſenſum & men-
tem dedit, ſed & ipſa emortua tecta, inani-
mes agri, monteſq́ & ualles lætari mihi & ex- Pſal. 11.
ultare uidentur. Quia aliquando tandem pro
pter miſeriam inopum, & gemitũ pauperum
excitatus eſt Dominus, ut quæ nobis interi-
tum heri & nudiuſtertius minabantur, dum
is uel dormire, uel longius ire myſterio, non
dolo, ſimularet, eo uigilante, cuncta illius
ſupercilio hodie paueant & palleant: ſileſcant
irata maria, recludantur in theſauros ſuos
uenti, deniq; funeſta omnia abeant, feſta om-
nia redeant.

Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio
Ieſu Chriſte fons miſericordiarum, per quem
iam oculis noſtris uidemus, & manibus no-
ſtris tangimus beatam illam ſpem, quam an-
te nos multi uidere uoluerunt, nec potue-
runt, a longe portum (nauigantium more) ſa-
lutantes, non appręhendentes promisſionẽ,
ne ſine nobis conſummarentur.

Vos adeſte mihi animis omnes, ut adeſtis
corporibus, & Spiritumſanctũ terribiles has
caſtrorum noſtrorum acies habitantem, ſan-
ctum hunc cœtum intuentem & iuuantem,
Concilij authorem & adiutorẽ, Eccleſiæ præ-
ſidem & obſidem, opportunis importuniſq́
pulſate precibus, ut labia mea aperiat, ut au-
res ueſtras expurget, ut ipſi tranquillis men-
tibus intendatis, ut ipſe habeam uerba paria
ſanctæ rei.

Hanc uero orationem ſane meam, poſtq̃

ego huius cauſæ patronus non tam electus ſum ex omnibus quàm relictus, ut qui unus ob ſummam ueſtram omnium authoritatem atque amplitudinem in concionem aſcendẽs nullo periculo dicere poſſum, unde uel aptius uel felicius auſpicari queam, quàm a ſacroſancta huius Concilij neceſſitate: quæ profecto tanta eſt, ut omniũ hominũ animos (ſi qua in Chriſtum fides, ſi qua uiſcera pietatis) inflammare maxime poſſit & debeat.

Nam poſt Concilium illud amabile, cuius etiam ſola memoria recreamur, quo lætante cœlo, & exultante terra, Florentia aridum orbem florere fecit, medium parietem maceriæ
*978 ſoluens, & duos populos condens in unum, non quinq;, non ſeptem neque decem, quod conſtantiſſima Conſtantia confulerat: ſed, ſi ultimum Lateranenſe ſubduxeris, centũ fere annis, proh dolor, quibus & domi & foris, & telis & facibus obſeſſa Eccleſia, uexata contumelijs, iactata iniurijs, ſolicita ſuſpicione, ſuſpenſa metu, dira & dura perpeſſa eſt: longo Concilij deſiderio fatigata, uelut dolores parturientis habens, quæ cruciatur, ut pariat: clamans, Ini Concilium, imo coge Conciliũ: conſilio deſtituta pene languit, exaruit, defecit, eo calamitatis & miſeriæ prolapſa, ut niſi eſſet ſeruata diuinitus, fruſtra modo pro illius ſalute conuentus hic ſacratiſſimus haberetur. Iam enim libertas, pax, tranquillitas, iura, leges, fortuna, opes, honor, imperium denique ipſum, agri, urbes, mœnia, ædes, tecta, ſedes, areæ, omnia quibus ſpiritum uitamq; ducimus, amiſſa eſſent, uelut quæ cum religione ita implicita eſſe & cohætere uidentur, ut non poſſit illa ruere, quin eodẽ debilitata motu omnia concidant. non enim Aſiaticis opibus patres, non potentia Perſarum, non Hiſpanorũ bellicoſiſſima illa multitudine, non infractis uiribus Gallorum, non Græcorum artibus & technis, non calliditate pœnorum, non Germanorum conſtantia, non Italorum armis atque ingenio, una religione & pietate hæc omnia nata ſunt, aucta & retenta.

Et cur quæſo putatis omnis ordinis uiri prudentiſſimi, magnam hanc angelorum frequentiam, luminaria hæc eccleſiarum, tot inquam Epiſcopos, Magiſtros populorum, patres omnium, miniſtros Chriſti, Chriſtos domini, ora & oracula Dei, tam multis terrarum mariumq; difficultatibus ſuperatis, relictis etiam gregibus, quos anima chariores habere oportuit, exijſſe de terra ſua & de cognatione ſua, ut alienas caſulas magni hoſpites implerent, niſi quia uicit iter durum pietas? Nã ſancta eorum pectora imminens Eccleſiæ totius excidium, coegit, ut crudele & nefarium exiſtimarent, horrificum hoc bellum, quod omni imbutum odio, ac parietibus & tectis ac columnis & poſtibus & ipſis etiam fundamentis noſtris illatum eſt, ſpectare, tangere, experiri, nec interim inito Concilio opponere ſe murũ pro Iſrael: quando non ita pupilla oculi tegitur coeuntibus cilijs, ut defenditur Eccleſia ſancta Cõcilijs. Neq; enim ob aliud magno huic corpori Deus uarias multiplicesq; gratias, ut & membra diſtribuit, niſi ut quod in ſingulis diſperſa uirtus non poteſt, in omnibus inuicta unitas efficiat: quemadmodum & ipſa natura manus nobis geminas geminosq; oculos, pedes item geminos ideo dediſſe uidetur, ut quaſi collecto Concilio paruus hic mundus ſeſe iuuare, & tueri poſſit. nam manus manũ lauat, pes pedẽ ſuſtentat, ſiniſtra fulciunt dextris, ſiniſtriſq; dextra leuant.

Et quis neſciat res arduas atque difficiles, quæ ad unam ſanctam catholicam ac apoſtolicam pertinẽt Eccleſiam, in concilio & cœtu Patrum, ubi ſuo quiſque loco ſententiam dicit, tractari prudentius, maturius diffiniri, probari ſolennius, & gratius a cunctis populis acceptari? Neq; enim temere dictum eſt: Multitudo ſapientum, ſanitas cordis: ibi ſalus, ubi multa conſilia. Sane neq; Moſes leges tulit ante initũ ſynagogæ Conciliũ, neq; ſanguinem fœderis reſperſit niſi in Cõcilio: neq; Apoſtoli Matthiam, aut ſeptem Diacones elegerunt extra Conciliũ, neq; prima illa iuris Eccleſiaſtici decreta ediderunt. niſi in Cõcilio: in Concilio inquam illo, quod naſcentẽ in gentibus Eccleſiam, ne uel abortum patiendo uel ſuffocationem, interiret, apud Hieroſolymam liberauit, & ubi Apoſtolicum ſymbolum anguſtum uerbis, non anguſtum ſacramentis, eſt explicatum latius atq; defenſum, quàm in quatuor illis concilijs, Niceno, Epheſino, Cõſtantinopolitano, Chalcedonenſi. Scripturæ ſanctæ canonicæ ubi delectæ ſunt, niſi in Cõcilio Laodiceno & Carthaginenſi? Hæretici ubi reuicti ſunt, ubi damnatæ hæreſes, ligatæq; in faſciculos ad comburendum, niſi in concilio apud Lateranum, apud Conſtantiã, apud Antiochiam, apud Viennam? Mores tũ Populi, tum Principum ac Sacerdotum, quando emendati in melius, præterquàm in Concilijs Gregorij 7. Alexandri 3. Vrbani 6? Vnio diſſidẽtium nationum ubi coaluit unquam fœlicius, quàm in Concilio Lateranẽſi & Florentino? Turcæ rabies, quam unquam Chriſtianorum potentiam atq; animum ita ſenſit,

Sap. 6. d

Act. 1. & 6.

Act. 15.

ut in

ut in Lateranenſi illo concilio, ubi treceta ho minum millia ad reparandum Hieroſolymā inuictæ Crucis ſignum ſuſceperunt? Sed & Chriſtiani Principes diu in Eccleſiaſticam po teſtatem tyrannico furore ſurrexerunt, cui fle ctere genua, & caput ſummittere debuerant. Nonne factis concilijs ſunt depoſiti, percusſi anathemate, pulſi regno atque imperio? ut Ladislaus, Leo 3. Henricus 3. Fredericus 2. Con ſtantinus 6. Quin ipſa ſchiſmata, quibus ma xime frāgitur & euertitur Eccleſia Chriſti, nō ſedantur unquā facilius, quàm Cōcilio. quod uetera exempla docēt Symmachi, Benedicti, ac Gregorij. An non etiam cōciliabula, ac ma

1.Cor.15. lorum omnium cōuenticula, colloquia mala, quæ corrumpunt bonos mores, diſſoluuntur ſacris ac legitimis concilijs? ut Latrocinium illud Epheſinum ſecundum, Ariminenſe, Piſanum, Mediolanenſe. Porro ſummorum pon-

* 979 tificum gloria, quæ nunquam non blaſphematur ab impijs, conciliorum uirtute emergit clarior ſemper atque illuſtrior, quod in ſum-

* Sixto ma patuit in * Xyſto, in Marcellino, in Leone. O certe magna conciliorum uirtus. Hinc & Poetæ concilia deorum inducūt: & apud Moſen dum hominem, mundi miraculum, ex terra fingit Deus omnipotens, quem indiuidue partitum, diuiduęq; coniunctum, ipſo etiā ſupernaturalis hiſtoriæ ueſtibulo docuerat, eſt

Gen.1.d uox illa pene conciliaris, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Altera quoque ad magnos illos gigantum auſus

Gen.11.b reprimendos, Venite, confundamus linguam eorum, ut non audiat unuſquiſque uocem proximi ſui.

Enimuero Patres, ut præſentem rerum ſtatum compendio perſtringam, (nam Laconis mihi partes reliquiſtis, cum Oratoris ademiſtis) cum noſtra religio tribus quaſi capitibus conſtet: doctrina fidei, qua ut pane cœleſti uiuimus & ſaginamur: Sacramentis, quorum ſecreta ſacraq; uirtute Deo conciliamur in gratiam: charitate, qua ut nota præcipua, Chriſtus agnoſci ſuos uoluit a cæteris: quæ illud eſt fidei, quod lux colonbus: id ſacramentis, quod ſanitas medicinæ: quid iſtis temporib[9] expoſcit doctrina catholica, niſi concilium? quid poſtulant ſacramenta, niſi conciliū? quid communis charitas quærit, niſi conciliū? Deū immortalem, quām ſuperbe contentioſis noſtris concertationibus, quibus iam ſubuerſus eſt orbis, pręclara illa antiqua fidei noſtrę monumenta uexantur? quam peruerſe Dei uerbum uel poſthabetur, uel mutilatur, uel torquetur, uel inuertitur? quàm temere etiā interdum a nobis, ut nonnihil ſcire uideamur, uni nimis ille omnium ſeculorum conſenſus nihil penditur? quàm ingrate inter uiſcera noſtra, ne Græcos commemorem, ſancta illa Romana Eccleſia omnium, quæ ſub cœlo ſunt, Eccleſiarum nutrix, mater & magiſtra, atq; ueræ doctrinæ Chriſtianæ lapis Lydius, deſpicitur, reprobatur: & iam ſumus tanquam paruuli ipſi, qui circunferuntur omni uento: ut ſolidius ſibi conſtet Iudæus, quàm Chriſtianus. Tacebone, quàm uiluerit inter Chriſtianos ſelix illa baptiſmatis renaſcentia, admirabile Euchariſtiæ ſacramentum, maieſtas ſacerdotij uiſibilis, omnium Eccleſiaſticorū ordinum firmamenta certisſima & maxima? An non & perijt feruens ille & in alterutrum, & in Rempublicam amor, quo olim Chriſtiani omnes, o dulce & charum nomen, fratres uocaban-

tur, & impletum eſt Pauli Apoſtoli uaticiniū: 2.tim 3.a

Erunt homines, ſeipſos amātes? Profecto niſi perijſſet, non a ſanctis illis moribus, non ab honeſtis illis inſtitutis, quæ obſeruata, Rempublicam noſtram felicisſime ſemper auxerunt, eſſet iam ubiq; modis omnibus degeneratum. Quibus enim turpitudinum monſtris, qua ſordium colluie, qua peſte nō ſunt fœdati, non corrupti in Eccleſia ſancta Dei, & populus, & ſacerdos? In ueſtro iudicio cauſam ſepono patres, & a ſanctuario Dei incipite, ſi

ullus iam pudor, ſi ulla pudicitia, ſi ulla ſuper- Ezec.9.c

erat bene uiuendi uel ſpes uel ſatio: ſi non libido effrenata & indomita, ſi nō audacia ſingularis, ſi non ſcelus incredibile. Heu quomodo obſcuratum erat aurum, quomodo mu-

tatus color optimus? Nam duæ illæ ſanguiſu Pro.30 b

gæ, quæ ſemper dicunt, affer, affer, altera mater, altera nutrix malorum omnium, cupiditas inquam, & ambitio, utraq; ſubtile malū, utraq; ſecretum uirus, peſtis & monſtrum orbis: dum ab ijs, quos tāquàm uiuas & animatas leges ſequi oportuerat, uirtus ac doctrina, uirium & ignorantia earum loco, ſummis extolluntur honoribus: effecerunt tandem, ut ædificatio in deſtructionem, exemplū in ſcandalum, mos in corruptelam, cuſtodia legum in contemptum, ſeueritas in relaxationē, miſericordia in impunitatem, pietas in fucum &

hypocriſim, prædicatio in contentionē * ge- * & ri-

ſtum in turpisſimum mercatum, graue hoc xāſeſtū.

eſt, (ut uno uerbo dicam) uitæ odor in mortis odorem infelicisſime cōmigrauerit. Quid mirum, ſi inde & diſperſæ ſunt oues, & errauerunt in cunctis montibus & agris, & potentiores quidem ab authoritate in dominiū, a dominio in tyrannidem, a iure in iniuriam,

B aſce-

a ſceptro in uirgam ferream, a Dei cultu ad impietatem, a tutela Eccleſiæ ad internecionē, a modo ad libidinem, a ratione ad nutum, a tributis ad importabilia onera, a pace ad bella crudelia, a ſimplicitate ad dolos, a prudentia ad malitiam, à liberalitate ad luxum, a parſimonia ad auaritiam, ab ornatu ad pompam, ab obedientia ad apertam rebellionē cōuerſa ſunt? Vtinam non a religione ad ſuperſtitionem, a fide ad infidelitatē, a Chriſto ad Antichriſtum, quin a Deo ad Epicurum, uel ad Pythagoram, uelut prorſus unanimes, declinaſſent, dicentes in corde impio & in ore impudico: Non eſt Deus. Neq; iamdiu fuit paſtor qui requireret, patres: non fuit inquam qui requireret, quia omnes quę ſua ſunt, quærebāt: quæ Ieſu Chriſti, ne unus quidem.

Pſal.13 a

Hinc illis aliud agentibus, & in utranq; aurem dormientibus, quos greges paſcebāt, nō paſcebantur greges ab eis: Nā paruuli petierunt panem, & non erat qui illis frangeret: ſerpebat in orbe infinitum malum, creſcebat in medullis ac uiſceribus noſtris, & in dies manabat latius, ut non modo ornamenta, dignitates, præſidia ſtabilitatis & libertatis noſtræ quandoq; amitteremus, ſed cum dedecore & ignominia, quod miſerrimum & turpiſsimū eſt, ſeruiremus. Nam ceruicibus noſtris imminebant turcæ: neq; Auſtriæ modo & Germaniæ, ſed Italiæ, ſed Vrbi, ſed Orbi perniciē moliebantur, & ferrum flammamq; imminentes furebant audacia, ſcelus anhelabant, ſuperbi uictorijs, elati triumphis, ditati ſpolijs Chriſtianorum, non creſcebant ſuis uiribus, creſcebāt noſtris corruptis moribus: non tam erāt hoſtes, q̄ flagellū Dei: armis eorū impugnabamur, ſed peccatis noſtris expugnabamur: agebant illi ſua feritate, ſed nos patiebamur noſtra iniquitate. Vtinam uel ipſi ſoli paſsi fuiſſemus, neq; interim ſanctum illud admirabile nomen Chriſti Ieſu, amandum Angelis, tremendum dæmonibus, mortalibus adorandum, propter nos, quorum deſidia & flagitiū in omnē iam orbem fœdiſsimo rumore pene trauit, iocus fuiſſet & fabula perfidis Iudęis ac gentibus. Nemo ueſtrum mihi, quæſo, ſuccenſeat patres & fratres. Mementote quoniā meliora ſunt uulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.

* 980

Prou.27.

Itaque ne, cuius amplitudinem & gloriam extendere animus erat, illius incolumitatem & ſalutem deſerere uideretur, Sanctiſsimus ille non tā ætate, quàm prudentia ſenex Paulus 3. primæ ſedis & catholicæ & uniuerſalis Epiſcopus, poſt omnium hominum memoriam & fortiſsimus & optimus Pontifex, quē omnium gentium linguæ celebrabunt, nullaq; unquam ætas de eius laudibus conticeſcet, optime intelligens ſe non ſibi, ſed nobis, in tantis periculis, in tam grandæua ætate, in tam duris itineribus, in tam magnis anguſtijs fuiſſe magno miraculo reſeruatum: cuius ſapientia, fide, poteſtate, e tantis malis erepti, Deo quandoq; ſine timore ſeruiremus: non nunc primum, ſed ab ea die qua concuſſa in ſinum illius noſtra confugit Reſpublica, ut teſtaretur illum ſummo hoc pontificatu beare nos potius, quam beari, maiora beneficia dare quàm accipere: ut doctrinæ antiquę ſynceritatem colligeret, & ſacramentis priſtinam maieſtatem reſtitueret: ut collapſos mores Eccleſiaſticorum, Regum, Principum, & plebium reuocaret ad normam ueræ pietatis & diſciplinæ: ne forte propter malos piſces alicubi retia rumperentur: ut, à quibus intus & foris oppugnamur, illos per reliquias bonorū uirorum placaret, hos per Dei potentiā reprimeret: hoc eſt, ut iam cadentem Rempublicā noſtram confirmaret, ut afflictam erigeret, ut perditam recrearet, & liberaret conflagrantē & pene exuſtam: conſentiente & fauente Cæſare magno quodam & nouo Conſtantino Auguſto, & omnibus Romanorum imperatoribus meliore ac feliciore: iam, iam inquā, dum ab eo domitæ Aphricæ Cęſar ſuper alta urbis capitolia altior ipſe triumphos reportaret, probantibus ſummis Francorum Romanorumq; Regibus, ut ſanguine, ſic fide & pietate Germanis, Franciſco Chriſtianiſsimo, cuius gloria uon paucioribus quàm Solis ſplendor regionibus & terminis continetur, Ferdinando qui aduerſus perpetuos Chriſti hoſtes armis & animo inuicto murus ſemper fuit & antemurale: hortante pio Portugaliæ Rege, cuius ſancto nomini, ne hic ſatis eſſe uideretur, a Deo datus eſt nouus orbis: annunciantibus demum ac rogantibus omnibus catholicis principibus, ſtatibus, ordinibus, maximo animo, fide ſyncera, conſtantia ſingulari, quæ nobis gloriam, animis lætitiam, hoſtibus dolorem afferret & gemitum: quaſi ad ſacram ancorā, quaſi ad portū ſalutis, quaſi ad aſylū, ad domū refugij, ad arcē munitiſsimā, unde Reipublicæ noſtræ mille propugnacula pendēt, ad ſacroſanctū œcumenicū Concilium, quod collapſæ Eccleſię ſemper fuit & eſt ſpes unica, morte maiorum confugiēdum eſſe, & prouidit & deliberauit: nullam exiſtimans tā morboſam, nullam tam uagam, nullam tam perditā & errantē ouem, quam bonus paſtor

non

nõ ſanare, nõ reducere, nõ requirere cupierit. Quæ tam immemor poſteritas erit, quæ tam ingrata hiſtoria reperietur, quæ huius rei gloriã, qua nulla unquam geſta eſt uel maior uel glorioſior, nõ immortaliratis memoria proſequatur? Audiantur hic patres inter uos uoces illæ, quæ apud Chalcedona olim audiebant: Viuat Paulus ſanctisſimus, œcumenicus, apoſtolicus. En noſtis Niceam, noſtis Lucã, Buſſetũ, noſtis nemora, flumina, maria, quanta fecit, quanta tulit, & patria & uirtute uere Romanus Paulus 3. ut congregaret filios ſuos, quẽadmodũ gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas. *Matt 23.* Et qs hominũ eſt tã ignarus, tã in Repub. rudis, tam nihil inquã nec de ſua, nec de communi ſalute cogitans, qui neſciat, ut primum per bellorum incendia & tumultus licuit, ſpe induciarum concepta inter orbis monarchas Mantuæ primum, deinde Vincentiæ, & iam altera uice Tridenti, quod diplomata, quod cœlum & terra teſtantur, ab optimo hoc Reipublicæ noſtræ parente & quaſi deo, indictum fuiſſe orbi generale concilium?

Quum primum igitur data eſt de cœlis pax ſu ea atq; auguſta, quã longius fugientẽ hic cœlo dignus pontifex in ſpem contra ſpem ſequebatur & pſequebatur: ſancta ſynodus cõſtanti ſemper retenta animo, translata magna ratione, dilata dura neceſſitate, iã quarta uice ſuperiori anno indicitur, & tandem aliquãdo tot antea actis menſibus congregatur: & hac ipſa die, omine omniũ feliciſſimo, dum luna tenebras uertit in lucẽ: & quia dominus prope eſt, decreſcunt noctes, creſcunt dies: his ducibus atq; ſuo ipſius Sedis Apoſtolicæ nomine authoribus, quos in hac ſctã corona eminere uides noua Hieruſalem, Ioanne Maria de mõte, cuius ſurſum & oculi & corda ad montem, qui Chriſtus eſt, unde ueniat auxiliũ nobis, perpetuo diriguntur: Marcello Politiano, qui iamdudum ad unam Chriſtianæ politiæ emendationem, cuius labefactati mores hoſtibus noſtris aditum præbuerunt, graues illas adiecit ſeueri animi cogitationes: Reginaldo Polo non tam Anglo, quàm Angelo: idipſum generale Concilium legitime indictũ, legitime congregatum, Spirituſancto aſpirante ingredimur, aggredimur: non in latibulis Græciæ, non in angulis Africæ, non in deſertis Arabiæ, non in finibus terræ: ſed in ampliſſimis foribus potentiſſimæ & ſemper auguſtæ Germaniæ: quæ ut uirtute bellica & hominum numero, ſic religione & conſtantia fidei cæteris nationibus præſtans clariſſimis facinoribus, quæ nec deleri obliuione, nec

** 98r Hic paulopoſt factus eſt Iulius.III*

æternitate obſcurari poterant, ſane iſto Chriſtiani orbis Imperio a Romanis Pontificibus tot antea ſeculis merito donata eſt.

Iam quis nolit in huius Concilij ſocietatem, uelut in equum Troianum, obſide ultima iſta Tridentina urbe, cum principibus Imperij & religionis includi? Adiuro uos Tridentini ſaltus per capreas ceruosq; camporũ, antequam aſpiret dies, & inclinentur umbræ, *Cant. 2.* reſonate per concaua montium ad extrema terræ, & a ſolis ortu ad occaſum, ab Aquilone ad meridiem, cognoſcãt tempus uiſitationis ſuæ, & ſe concilio conciliari. Quis erit tam iniuſtus rerum æſtimator, qui nõ dicat, Papa lux uenit in mundum? ſed dilexerunt homines magis tenebras quàm lucẽ. *Ioan. 3.c* Omnis q malegit, odit lucẽ, & non uenit ad lucem: ut nõ arguantur opera eius, quia mala ſunt. Quanquam nõ uult Cõcilium ulciſci, fratres, uult tolerare: nõ uenit mactare, uenit ſaluare: emẽdare omnes cupit, non delere: non erit rigiditati locus: ſi abundauit delictum, ſuperabundabit & gratia. Heu cur non ades inuictiſſime Cæſar Conciliorum protector, defenſor fidei, propugnator Eccleſiæ, qui tot regna, fortunas, populos, uitam deniq; ipſam terrã mariq; pro Chriſto tuo in diſcrimine obtuliſti? Adeſſes ſaltem tu Didace, & longo rerum uſu, & ingenti fortunæ uarietate prudentiſſime. Quanquam enim diuino illo iudicio ſuo in alijs rebus utatur Cæſar, elegit te tamen, ut illius perſonam ſuſtineres: magna certe in te fides, & graue tuæ ſpectatæ uirtutis teſtimonium: ſed ſolo tuo nomine ac opinione Tridentinum concilium promouere potes: nec enim tibi uel prudentia deeſt, uel authoritas, uel felicitas. Ab Oriente adduc ſemen Chriſti Ieſu, *Eſa.43.a* ab Occidente congrega reliquias: dic Aquiloni & Auſtro, noli prohibere: piſcatores ſunt hominum patres concilij, piſcabuntur eos de aquis multis: uenatores ſunt, uenabuntur ad uitam, non ad mortem: Paſtores ſunt, animam ſuam ponent pro ouibus Domini & ſi quam inuenerint aberrantem, imponent ſuper humeros ſuos, & conuocatis amicis dicent: Congratulamini, quia inuenimus ouem *Lũc.15.* quæ perierat. Debitores ſunt, ut rationẽ reddant poſcentibus de ea, quæ in eis eſt, fide ac ſpe. Idem ſatisfaciet omnibus Græcis, Barbaris, ſapientibusq; & inſipientibus. Non dicent, Hæc dicitis, Hæc dicimus: dicent, Hæc dicit Dominus Rationi, quam indidit: uerbo, quod docuit: authoritati Eccleſiæ, quam tradidit. Quis ſobrius rationi, quis catholicus ſcripturæ, qs pacificus non cedat

Eccleſiæ? Aperiantur iam portæ urbis tuę magnanime princeps:die ac nocte non claudantur:ſic conſurgent tibi montes & colles, ualles,turres, & occupabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio:& uocabũt omnes gentes ciuitatem tuam ciuitatẽ domini Sion ſancti Iſrael:& ponetur in ſuperbiam ſeculorum, ut & gentes & reges ambulent in lumine ſplẽdoris tui:& magno illi tuo nomini, quod iam per omnes oras longe lateq; uagatur,& domicilium certum non habet, perpetuis gratulationibus plaudant & Alemani populi:O dilecte Deo & hominibus Madruci, in cuius unius ditione nos olim uage deſertos & turbulentis erroribus implicitos, incomparabilis ille Paulus tertius diuina mente & conſilio præditus,Eccleſiæ memor,ſui oblitus, per Spiritumſanctum ad uiam ueritatis reuocauit.

Eſa. 60.

Ad uos modo patres,a qbus & exorta eſt, mea redit oratio, non ut uos admoneam uel excitem,qui mihi ſtudio & feruore longe pręcurritis:ſed ne mea uox ſacerdotis officio defuiſſe uideatur. Venimus, uidimus, uicimus, Patres:& eum aditum, quem humani generis hoſtis ſummis quibus potuit conatibus mẽſibus & annis ſuperioribus obſtruxit,Deo fauente reſerauimus. Quanta eſt hæc gloria, quanta dignitas,quantus honor? Quid enim putamus ſit aperire fores Concilij, niſi aperire fores cœli? ut effundat ſuper nos theſaurũ illum optimum,fontem aquæ uiuæ,ſplendidum tanquã cryſtallum, procedẽtem de ſede Dei & agni:ut ſimus ipſi in primis Dei docibiles,deinde per nos repleatur terra ſcientia domini uelut aqua maris operientis. cauendum eſt igitur, ne, dum ad nos curandos Dei munere aperitur cœlum, noſtra iniquitate clauditur terra:nec uuidos illos ſolius uelleris imbres area infelix excipere poſſit, Aperiatur, aperiatur terra cordis noſtri, patres: & ſi hactenus opilati fuim⁹ fumo & ſulfure illius magnæ fornacis & putei abyſſi,iam exhalare incipiamus: & dilatatis uenis tanquam ſitientes glebæ,atq; arida arua ſcindamur planctu, fletu,orationibus,ieiunijs,eleemoſynis, lachrymis:plorantes inter ueſtibulum & altare, uelut indigni qui accedamus ad aras,poſtquàm omne malum prodire de templo, uetus querela eſt.Nolite errare patres, Deus non irridetur,neq; patitur irriſores:ſed q habitat in cœlis,irridebit eos. Spiritui ſancto hodie ſacra decreuiſtis,felix principium ac multarum frugũ multa principia. Sed o quam bonum erat nobis,ſi mali non fuiſſemus. Si pietatem ac ſynceritatem de cordibus noſtris eijcientes, uel

Eſa. 45. b

* 982

1. Cor. 15.

pſal 2.

ficti uel immundi, ſanctum concilium, cuius uel ſolo nomine in tam magnam expectationem excitatus eſt totus orbis,auſpicati fuerimus:ora quidem & labia Spiritusſanctus aperiet,ut os Caiphæ,ut os Balaam,ne errantem Concilio Eccleſiam, ſolam errare contingat, pro qua rogauit Chriſtus, exauditus pro ſua reuerentia: & malas mentes replebit ſpiritus nequam miſſus a domino, ut fiãt nouiſſima noſtra peiora prioribus: & demum inſultent nobis inimici noſtri, Nunc ſtent, ſi poſſunt, * conſilia ueſtra: & ipſe Deus ait: Væh uobis profundi corde, qui in * concilium, & non ex me:orditi eſtis telam, & non per ſpiritum meum. An non legiſtis, Simeõ & Leui fratres uaſa iniquitatis bellantia, in * concilũ eorum non ueniat anima mea? Et quæ ſequuntur.

Ioan 11. f

Nu. 22. e

* cõcilia

Eſa. 30.

* cõſiliũ

Ge. 49. a

* cõſiliũ

Nihil in nobis ſibi uendicet odium patres, nihil fauor uſurpet, nihil præmium euertat, nihil corrumpat munerum uel perſonæ acceptio, nihil poſſit timor uel amor potentium: abſint colligationes impietatis, conſilia uanitatis, ſupercilia contentionis, cõuenticula malignantium. Cauete de lætitia iniquorum: & ſine cæde, ſine ſanguine, ſine excidio rempublicam noſtram ab ijs oppreſſam, ab illis deſertam, a multis proditam liberabitis. Vobis præſidia Eccleſiæ non deſunt: uos, ne deeſſe Eccleſiæ uideamini, prouidete. Voluntates ueſtræ igne illo ardeant diuinæ charitatis, quã Chriſtus uenit mittere in terram. Intellectus ueſtri ſcrutentur quid ſit optimum in primis pro Eccleſia, tum quid expediat, quid deceat quid liceat. Iraſcendi uis, ſcelerum (non hominum) odio, pio, ſalubri, diuinoq; feruore excandeſcat, & zelus domus domini (quæ, niſi noua hæc lux Dei Opt. Max. & qui poteſtate proxime ad Deum accedit, Pauli 3. prouidentia oblata fuiſſet, iam ad interitum uertebatur) illam non comedat modo, ſed deuoret. Poteſtas concupiſcibilis, ſanctis deſiderijs accenſa, & perfuſa ſpiritali gaudio, unam illã pacem, quæ exuperat omnem ſenſum, & deſideret & ſuſpiret Dirigite pedes ueſtros in uiã pacis huius: meditamini in lege domini die ac nocte: ſanctificamini intus & foris: ueritatẽ diligite: agite ut ſitis opere, quàm ſermone, potentiores: nihil præcipitanter, nihil præpoſtere, imo mature omnia & ſuo ordine fiant: nolite ſapere plus quàm oportet, ſed modeſtia ueſtra nota ſit omnibus hominibus. ſobrietatem ſapite: de craſtino nihil ſoliciti ſitis. deſcendet ſuper uos & requieſet ſpiritus domini, ut ex altis his ſubſellijs iudicantes orbẽ, quaſi obediente Deo uotis hominum, quod

Luc. 12. f

Philip

Zach. 8.

nulli

nulli unquã tribunali conceſſum eſt, digne dicere ualeatis, Viſum eſt Spirituiſancto & nobis. (*Act.15.*) O uox, o tuba, o tonitru, ad cuius ſonitũ retrorſum cadet inimici Chriſti, cu⁹ iuſſa uel decreta neque ſummis patribus contemnere aut derrectare licebit. *Vos enim omnibus, Parres, qui ſacroſanctæ huic œcumenicæ ſynodo rebellanres, *eo inſolẽtiori furore proceſſerint, ut Pauli terrij, Caroli quinti, Franciſci primi (illum caput habet poſt Chriſtũ hæc Tridentina ſynodus, hos uero dexteram & ſiniſtram) iuſtam iram atque indignationem quandoq; mereantur, non inacceſſa montiũ iuga, neq; uaſtæ paludes, neq; mariũ ſinus aut fluuij immenſi eos tueri poterunt: aquilis uelociores, ac leonibus fortiores, hoſtes Concilij, rebelles Spirituſſancti, qui illud eſt Concilio, quod anima corpori, perſequentur & appræhendent, & conculcabunt donec deficiant. Eia igitur Græcia mater noſtra, cui id totum debet quod habet Latina Eccleſia: Eia Hiſpania, cuius ſi non propagatæ, at conſeruatæ Catholicæ Religionis perpetua gratulatio, etiã a tuis hoſtibus decreta erit: Eia Gallia, cuius Chriſtianiſſimũ nomen nec augeri poteſt meis laudibus nec cuiuſquã uituperatiõe decreſcere: Eia Germania, quæ & gladiũ nunc & Imperiũ & ſceptrum habes, quæ acerrimos hæreſis & omnis infidelitatis hoſtes ſemper protuliſti: Eia Italia, quæ eo magis in tantis rerũ turbinibus ſanctæ Eccleſiæ debes, q̃ ut Germania rerũ potitur, ſic tu illo ipſius Petri ſolio tanta gloria cæteris nationibus præſtas & ãtecellis: Eia omnes quotquot ſub cœlo eſtis, q Chriſtiano nomine cenſemini, quos expetiuit ſatanas ut cribraret ſicut triticum: Rogat, obſecrat, deprecatur cum ſacroſancto Concilio Paulus 3 ſui oblitus, ueſtri memor, uenite, agnoſcite, uiuite, nolite perire, reconciliamini: omnia parata ſunt, uenite ad nuptias ſi qui uero intrare erubeſcant, uos qui potentiores eſtis, intrare compellite, ne quandoq; eis dicatur, clauſa eſt ianua, neſcio uos, diſcedite. O Chriſte, omnes iſti congregati ſunt, uenerunt tibi, tibi inquam, non ſibi: tu aſpirando præueniſti, adiuuãdo proſequere: & intercedente beato Vigilio Tridentinæ uallis tutelari, Tridentinũ Concilium ita foue, ut omnis eius actio, quæ hodie feliciter cœpta eſt, per te quoque & in rempore opportuno feliciſſime firmetur. Dixi. Vos nunc plaudite in cõcilio iuſtorum & congregatione magna opera Domini.

*for. *Eos enim cẽs.*
*for. *eo inſolẽtiæ ac furoris*
Luc.22.
Matt.22.
Luca.14.
Matt.25.
Eſa.60.

FINIS.

ORATIO AD PATRES IN CONcilio Tridentino habita a R. P. Fratre Antonio Marinario Carmelitano, quarta Dominica Aduentus.

983 *

CVM Appeteret tempus illud æterno conſilio præfinitum, Reuerendiſſimi Patres, uoſq; obſeruandi Eccleſiarum præſules, ut Chriſtus humanæ ſalutis negocium aggrederentur: poſt tot præclara de eo teſtimonia, nimirum totius legis, omnium Prophetarum, Angelici concentus, paſtorum, ſapientũ, Simeonis & Annæ, Ioannes Baptiſta Zachariæ filius, in Iudæam a Deo legatus eſt, qui generis nobilitate, qui natiuitate admirabili, qui uitæ ſanctimonia, q́q; rarıs animi dotibus, parta apud Iudæos authoritate, uelut Lucifer ſolem Chriſtum præcurreret: ac Iudæorũ corda, legis maieſtate plus quàm par erat prædita, ad Euangelicam fidem præpararet: ne inani legis fiducia, qua illi nimium ſibi indulgebant, fidei cõtemptores effecti, ueræ iuſtitię ac ſalutis rationem, quæ non lege, ſed fide eſt, amitterẽt. Res hæc multo quidem altius tractanda eſſet: ſed ego ueſtra fretus intelligentia, breuius quàm cauſa deſiderat, omnia diſſeram, ſi primum illud precatus fuero, ut qui ſolus uerba uitę habet, & a quo bonorum omnium ſumma proficiſcitur, mihi faueat, ut munus hoc, munus inquam ſuum, apud omnium aures & corda digne abſoluere ualeam.

Poſteaquàm ex uno homine peccatum irrepſit in mundum, tantumq́; illius culpa ualuit, ut uniuerſum hominum genus, morti & tyrãnidi obnoxium redderet: cœleſtis ille pater pro ſua in nos pietate ſaluti noſtræ conſulere ſtudens, unicum e cœlis filium demittere, eundemq́; noſtra mortalitate indutum ad crucis ſupplicium tradere decreuit, ut qui mortalium uiuæ fidei oculos in eum coniecerit, iuſtitiæ, æternæq́; uitæ felicitatem conſequeretur. Hæc erat unica noſtræ ſalutis ratio, quoniam peccati regnum nullis uel hominum, uel Angelorum uiribus deleri poterat. Porro lex illa naturæ, ſimilitudo quædã diuinæ legis, deſcriptio æternæ, illius mentis rerum omnium principis, iuris & iniuriæ regula, humano cordi, ut lumen oculis indita, quanquam ante lapſum clara erat, cui etiam arbitrij uires congruebant, quæ ab illius ordine non retrahebantur, tamen poſt lapſum

deformata eſt: acceſſit enim ei propter peccati labem, uelut caligo quædam priore detrahens claritatem, arbitriumq; ob cõtrarios membrorum impetus tyrannide peccati effrenatos, ab ea deficere cœpit. Quo factum eſt, accedente aſtu ſatanæ graſſantis in humanum genus, ſtudentis in Deum cõtumacias augere, incitantis praua ingenia ad fingendas falſas de Deo opiniones, ut mortales ſuo ingenio, ſuiſq; uiribus, non modo ad Deum nõ erigerentur ac proueherētur, ſed quotidie magis ac magis ab illo ſe totos auerterent, in eamq; deſcenderent cordis cœcitatem, & animi impietatem, ut uiliſſimis, quas natura gignit, rebus diuinæ maieſtatis honorem exhiberent: peruerſum ſane & iniquum religionis genus. Quamobrem uiſum eſt diuinæ ſapientiæ, legem externis tabulis inſcriptam ꝑ Moſen tradere, quæ legem illam interioribus animi partibus iam olim fixam, peccati autē macula oblinitã, ac uelut refixam, explicaret & reſtitueret, docens quales nos circa Deum ac proximos eſſe oporteat: pronuncians item iraſci Deum contumacibus, de eiſdemq; cum præſens, tum æternum ſupplicium ſumere. Mittò eam legis partem, quæ circuncíſionem, ſacrificia, ciborum delectus, feſtos dies, cæteraq; præſcripta continebat, ad tempus inſtituta, ut eſſent Euangelicæ ueritatis umbræ, rudimenta, ac uelut præludia quædam. Nam illarum inſtitutionum propria fuit ratio. Lex itaq; illa, quæ recta agendorum ratio, morumq; diſciplina erat, cuiq; pœnarum ac præmiorum decreta iungebantur, non externa tantum facta, politicæ cuiuſdam ac ciuilis uitæ mores exquirebat, ſed ſpiritales motus, interiores affectus flagitabat, hominemq; ad integram obedientiæ rationem erga Deum prouocabat. Hanc autem abſolutam obedientiam natura hominis iam corrupta, cuius partes inter ſe diſſidebant, præſtare non poterat: quin præterea euenit, ut legis iudicio proditis tot peccandi formis, uniuerſus ille libidinum exercitus uelut ad pugnam ac certamen prouocatus irritaretur, ac in omnes uires ſuas collectus & inſtructus, ad peccandum atrocius ſollicitaret & traheret, ut eſt humanæ cupiditatis ingenium in uetita niti, ac interdictis laceſſiri potius quàm duci. Sic res in diuerſum exijt, quando lege accedente, libidines non ſunt deuinctæ, ſed excitatæ: peccatum non defecit, ſed abundauit: morsq; & tyrannis maiores collegerunt uires, non legis quidem uitio: quæ, ut omnes ſcimus, ad honeſta inuitat: ſed naturæ noſtræ prauitate, quæ rem per ſe bonam nobis in perniciem conuertit. Iure igitur Paulus conferendæ iuſtitiæ uim legi detrahit, aſſeuerans eos qui legis uirtute Rom.3.c
ſe iuſtos eſſe prædicant, fidem exinanire, promiſſiones delere, Chriſti beneficium abnegare. Gala.2.d
Non enim ea eſt legis perfectio, ut ad pellenda quæcunq; prohibet, & perficienda quæcunque iubet, firmum adhibeat præſidium: neq; a morte liberat, neq; a tyrannide redimit, neq; cor innouat, neq; libidines deuincit, neq; extinguit proprij amoris ardorē, neq; accendit charitatis ignem, neq; frangit ſathanæ tela, neq; occultas mundi fraudes reijcit. Abſit ut quæ Chriſti ſunt, legi adſcribamus: & legem extollentes, Chriſtum deprimamus. Nã etſi lex ad bona opera multos attraxit, eos tamen Deo iuſtos non reddidit: quippe quos aut cõmodorum ratio, aut humanæ gloriæ aura, aut ſuppliciorum formido, aut ignominiæ fuga, aut alius quiuis præter Dei gloriæ propoſitum, aduentitius pulſus ad eã obedientiæ formã adegit, ut externos membrorum motus legis mandato ſubijcerēt, interim tamen manerent in eis interiores illi, quos ſola Chriſti gratia mundos reddere poteſt, immundi affectus. Hominis itaq; priori tantum carnis natiuitate, ac cunctis præter Dei gratiam adhærentibus ei præſidijs freti, quacunq; ratione ꝓdierint bona opera, apud mortales forte comperient iuſtitiæ locum: at apud Deum, nimirum qui ad ipſum operum fontem, nempe cor mundum inſpicit, iuſtitiæ laudem fruſtra ſibi uendicabunt, quandoquidem ſine Chriſti gratia omne cor immundum eſt. Ideoq; omne opus bonum ab eo procedens, uelut eius immundiciem olēs ac ſpirans, Deo immundum eſt: etſi nullis ſempiternis aut præſentibus ſupplicijs, quinimmo temporalibus præmijs, non dicã æternis, dignum eſſe poteſt. At uero accedente diuino afflatu, per quem cor mundum creatur in homine, uiua fide in Chriſtum erectus homo, nulla uel commodorum, uel gloriæ expectatione, nulla uel ſuppliciorum, uel ignominiæ formidine, nulla denique externa mundi impulſiõe actus, ſed Dei gloriam in primis ſpectans, legis mandata ultro abſoluit, ea alioqui, ſi nunquam tradita fuiſſent, abſoluturus. Eius enim menti noua quædam fidei, ſpiritus, ac uitæ lex indita eſt, quę peccata omnia deſtruit uerius, quàm prohibet: bona omnia procreat uerius, quàm præcipit. Quę procul dubio Paulo legis opera non ſunt. Cur enim legis opera uocabis, quę lex non effecit:

& quæ

& quæ quamuis a lege præcipiantur, nihilo ſecius non præcepta efficerentur? Qui his operibus fretus eſt, uere apud Deũ iuſtus eſt. His enim iuſtitię rationem ſcriptura non detrahit. Prodeunt enim à fide, ac arbitrio fide prædito. Fides igitur, non lex, fides inquam, non nu- *Iaco.2.* da, ſoláue, quæ Iacobo mortua dicitur, ſed animo concepta, arbitrio recepta, ad uſum *Gala.5.a* ſanctorum operum admiſſa, quę Paulo per dilectionem operans, Patribus uiua eſt, ueram iuſtitiam parit. Proinde nemo exiſtimet inanem fuiſſe legis uſum, etſi ueram iuſtitiam nõ contulit. Et ut taceam non mediocrem illam, ex lege utilitatem, quæ in publica pace ac tranquillitate ſita eſt, ob quam rem & Magiſtratus humano generi Deus præfecit: in hoc certè profuit lex, quòd per eam cognitum eſt peccatum, quæ res ad exquirendam & capeſſendam iuſtitiam nonnullus eſt gradus. Multum enim promouit ad uitæ puritatem, qui ſuam puritatem agnouit. Fit ſanitati uicinus, qui ſuum cognoſcit morbum. Exoptat libertatem, qui ſuæ ſeruitutis miſeriam cernit. Expetit lucem, qui ſe tenebris obductum eſſe depræhendit. Tum adepta iuſtitia, tanti beneficij magnitudinem & clarius intelligimus, & gratius ſeruamus. Quo magis enim lege oſtenſum eſt eminens ac ſæuiens peccatum, eo magis Chriſti a peccato redimentis clementia & uirtus elucet. Itaque dulcior fit uita, quæ morti ſuccedit: iucundior lux, quæ ſequitur tenebras: precioſior libertas, quæ poſt ſeruitutem recipitur: delectabilior ſanitas, cui cedit infirmitas: felicitas ſua- *Roma.6.* uior, quæ poſt miſerias exoritur. Propterea negat Apoſtolus eum ſub lege eſſe, quẽ Chriſti gratia redemit. Etenim quemadmodum puero adhibetur pædagogus, qui tantiſper eum inſtituat, ac uirga coerceat, donec adultus ad honeſta feratur, tum enim ille pædagogo imperat, omniumqué uirtutum honeſtatem & decus, non pædadogi impulſione, ſed propria animi magnitudine ac moderatione conſeruat, ac ad heroicum quendam laudis ordinem, quem nec oſtendiſſet pædagogus, ſeſe erigit & prouehit: ſic propemodum homini data eſt lex, donec Euangelica fide fuerit renouatus. Accedens enim illa, eum a legis Imperio liberat, non ut illius præſcripta impune tranſgredi ualeat, ſed ut ea ex corde abſoluat, Chriſti gratia, non legis ratione, ductus: quin etiam ſupra legis mandata, multa Deo gratiſſima pro Dei gloria abſoluat. Hæc eſt, Patres ampliſſimi, Euangelica illa libertas, quam nonnulli, ò cœcum, ò labes, ad carnis licentiam & morum corruptelam accommodant, & ceu turpitudinum uelamẽ, ac omnium uitiorum prætextum, magno uerborum lenocinio ſimplicioribus animis, ad frangenda ſatanæ tela inexercitatis, proponunt. Et utinam non feciſſent, ut illi eam peccandi occaſionem uelut uitæ ducẽ ſibi præfixerint, uota, cælibatũ, ſacras preces, ieiunia, Eccleſiæ inſtitutiones contemnentes: cũ hæc omnia quæ ipſi contemnunt, (Chriſte, quando hos uindicabis & euelles errores?) adeo Euangelicæ libertati non aduerſantur, ut ſint eius digni fructus, ſolatia, deliciæ, atq; fomenta. Felices, qui hac Euangelica libertate freti, uelut ſponſa ſponſo Chriſto iuncti, uelut filij clementiſsimo patri Deo redditi, uel ut diſcipuli prudentiſsimo doctori Spirituiſancto traditi: Chriſti amore flagrant, a quo uiciſsim ſumma charitate complectuntur: Deo honorem exhibent, a quo tuendi alendiq; ſuſcipiuntur: Spiritus ſancti monita & inſtitutiones tenent, a quo ad rectam uitæ rationẽ diriguntur atq; formãtur: ut omnium actionum ſuarum ſcopus ſit, non humani decoris ratio, quam lex naturæ exigit: neque pœnarum aut præmiorum propoſitum, quod ex lege ſcripta eſt: ſed Dei gloria, pro qua prompti ſint omnia commoda ex corde contemnere, omnia ſupplicia libenter ſuſtinere, omnem humanę gloriæ rationem ſponte reijcere, omnia opprobria ſine ulla recuſatione ſubire, denique amicos, fratres, parentes, ſeipſum uſque ad patriam abnegare, & odio habere. Quàm grauiter errant, qui Patres ante Chriſti aduentum domino ſeruientes, ſub lege naturæ aut Moſis fuiſſe, earumqué legum uirtute, ſe Deo iuſtos exhibuiſſe contendunt. Fuerunt & ipſi fidei ratione ab earum legum imperio redempti, qui Dei gloriam ad quam fide dirigebantur, omnium cogitationum atque actionum ſuarum regulam tenebant. Vnica enim iam inde ab initio mundi uſque in finem parata eſt uia ſalutis, per fidem in Chriſtum, etſi diuerſa diuerſis temporibus inſtituta fuerunt fidei ſymbola. Nec minus errant, qui neminem Chriſtiani nomen profitentem, ſub lege carnis, aut naturæ, aut Moſis eſſe prædicant. Velim Chriſtiani omnes Chriſti beneficiũ agnoſcerent, Chriſtiana libertate fruerentur: præclaram ac glorioſam Eccleſiæ conditionem ſpectaremus. At ſi mihi oſtendes ex eis raptorem ſacrilegum, Neronis aut Pharaonis ſimilem: ſub lege carnis eum eſſe contendam. Si liberalem, continentem, uel Catonis aut Scipionis præſtantem uirtutes, humani decoris

ſpectatorem: legis naturæ partum agnoſcam. Si orantem, ieiunantem, eleemoſynas erogantem, phariſæorum more ad commoda inſpicientem: legis Moſaicæ ſeruum uidebo. Si humilem, patientem, Abelis aut Abrahæ obedientiam referentem, Dei gloriam ſpectantem: fidei germen glorioſum uenerabor, cui ſubiectæ adiacent omnes leges. Aliud enim eſt legem habere, aliud ſub lege eſſe, aliud legẽ abſoluere. Plures uni leges aderunt, ſed una dominabitur, & dux erit operum. Et quoniam finibus menſurantur opera, fit, ut diuerſarum legum ſimiles, quæ ſunt in hac luce oculis hominum actiones, Deo fines ſpectãti longe diſſimiles ſint. Cæterum, ut redeam Patres ampliſſimi, unde initium ſumpſit oratio noſtra; quanuis antequam ueniſſet Chriſtus, tot patres fidei uirtute a Deo gratiam imiſſent, tamẽ maioris noſtri a Chriſti aduentu fidei & gratiæ tempus deſcripſerunt, legũ auſpicijs tempora præterita tribuentes: nimirũ, quia Euangelium fidei & gratiæ denunciatio, quod prius apud paucos Iudæos, nec ſatis quidem aperte audiebatur: poſt Chriſti aduentũ ubiꝗ locorum ac gentium in hominum ore, oculis, auribus, manibusꝗ tractatum eſt. Et quoniam nihil præteritum eſt argumentorũ, quæ tantæ rei hominis captum longe ſuperanti, fidei locum apud homines præpararent: commodum ac ſuo tempore Ioannes Baptiſta, dilectus Chriſti præcurſor, ac legis & Euangelij uelut confinium, prodijt ex eremo, ubi a pue-

Matth.3. Marc.1. Luc.3. ro uitæ auſteritate Heliam retulerat, quo eundem ſpiritu & uirtute referret, cum Tiberius cæſar annum iam 15. rerum ſumma potiretur Iudæorum regnum temporibus illis in quatuor alienigenas adminiſtratores, Pontium Pilatum, Herodem, Philippum, Liſaniam, diſtractum erat: ut quemadmodum erat in oculis, Meſſiam adeſſe ſignificaretur. Ipſa autem ſacerdotij maieſtas, uelut in proximo abroganda, penes duos ſacrilegos Annam & Caipham, mercenaria & uaga erat. Rebus itaque tum regni, tum religionis Iudæorum ſic diſſectis: Ioannes in eam quæ Iordani adhæret, regionem ſeſe contulit: omnes qui ad eum ueniebant, ad delictorum confeſſionem adhortabatur, eoſdemꝗ baptizabat, interim docens ſe aqua corpora lauare, at Ieſum fore unicum ſalutis authorem, cuius cœleſti uirtute corda eſſent ſanctificanda, ac omnibus in eum credentibus gratis iuſtitia conferenda: Phariſæos ac Saducæos, quos fucata illa legis opera tanquam iuſtos ingenuosꝗ Abrahæ filios, ac Deo gratioſos efferebant, prorſus iniuſtos, uiperarũ progeniem, Deoꝗ odioſos eſſe declarauit. Non enim, ut par erat, Abraham uiuã fide referebant. Propria benefacta, quod arrogantiæ erat: aliorum peccata, quod erat liuoris & malitiæ, commemorabant: & toto (ut aiunt) cœlo errantes a lege, quæ diuinum furorem erat illis miniſtratura, iuſtitiæ ac ſalutis rationem expectabant, quinimo ſe adeptos eſſe gloriabantur. Hanc unam iuſtitiæ & ſalutis uiam Ioannes omnibus oſtendebat, ut ex corde reſipiſcentes, legis fiduciam arcerent, ſeſe deijcerent, ac impuros eſſe cõfiterentur: & in Ieſum Chriſtum mortis & peccati deſtructorem, iuſtitiæ & uitæ reſtitutorem crederent. Hæc autem fortuito non agebantur, quæ Eſaias Eſa.40.
multis retro ſeculis uaticinatus eſt: Vox, ait, Marc.1.
clamantis in deſerto, parate uiam domini, rectas facite ſemitas eius. Non erat Ioannes uerbum per quod facta ſunt omnia: ſed uox, quæ uerbum illud, noſtra mortalitate indutum, explicabat. Non erat Dei uirtus, hominum corda occulte ſanctificans: ſed uox, quæ 986
in hominum auribus recipiebatur, ut ad ſanitatem illi corda præpararent. Non erat, lux mentium tenebras expellens: ſed uox, quæ dormientes excitabat, ut ad exortam lucem ſeſe conferrent. Non erat ornatiſſimus ille ſponſus & rex Eccleſiæ: ſed uox, quæ cunctos inuitabat, ut uenienti ſponſo & regi occurrerent. Non erat mediator Dei & hominum: ſed uox mediatorem præcurrens, ut audiant exules adeſſe, per quem irato Deo gratis recõciliari poſſent. O uocem, prophetarum uocibus prænunciatam: o uocem, Angelica uoce ſub ipſis ſacrorum myſterijs commendatam: o uocem denique, Chriſti uoce omnibus ex muliere natis præpoſitam. Clamabat, Exhibete cor ueſtrum Deo, cogitationes, affectionesꝗ ueſtras in eum dirigite. Iam enim tempus appetit, ut Euangelica doctrina intonetur orbis: quamobrem pauperes, humiles, legis fiducia ac philoſophiæ ratione deſtituti, mundoꝗue abiecti, qui Eſaiæ ualles ſunt, cœleſti ſapientia cœleſtibusꝗue donis replebuntur. Contra elati maieſtate legis, aut humanæ ſapientiæ ſupercilio, mundoꝗ montes & colles admirabiles, prorſus impij & inſignes ſtulti declarabuntur: Et qui ad execranda facinora prauo corde nunc prolabuntur, fide erecti ad ueram felicitatis uiam dirigentur: fientꝗ facilia ac ſuauia legis mandata, quibus nunc uidentur aſpera & impoſſibilia: ut uolentes ac gaudentes uere abſoluant, quæ nunc lege acti abſoluere fingunt. Hanc

felici-

felicitatem nemo conferre poteſt, niſi Ieſus. Conferet autem omnibus, qui uiuæ fidei oculos in eum coniecerint. Corporis oculis eũ conſpicere, eſt tanquam felicitatis pars, modo adſit fidei intuitus: ſin ſecus, maioris infelicitatis erit occaſio. Fidei conſpectus omnibus ex æquo prodeſt. Qui in eum crediderit, Dei beneficio ſeruabitur. Qui ab eo fidei oculos auerterit, ſuopſius uitio peribit. Iam uero patres ampliſſimi, ut inſtitutæ orationis exitum expediam, fuit iam olim Eſaiæ oraculum abſolutum: totus orbis Dei ſalutare uidit, & Euangelica doctrina innouatus, uiam Domino parauit, & ſemitas eius rectas effecit: aſpera ad æquitatem, praua ad lenitatem uerſa facere. Tot enim hominum millia, relictis patrijs legibus, abiecta humanæ ſapientiæ ratione, pulſis diuitiarũ ac uoluptatũ ſtudijs, ſpretis cæremonijs ac ritibus, quibus ab incunabulis aſſueuerant: abnegatis & repudiatis dijs, quos tot templis, ſacrificijs, feſtis diebus, magna religione colebant, ad Ieſu nomen genua ſubmiſere. Ieſu nomen gentes omnes ore, corde, pietate, ſanguine, ueneratę ſunt & ex tanta morum, inſtitutorum, deorũ diſcordia, concordes factæ, in unicam Chriſti religionem, unicam ſacramentorum rationem, unicam Dei gloriam conuenere. nec potuit ſathan obſiſtere per Philoſophos, omni ſcientiarum ratione pollentes: per Iudæos, religionis Moſaicæ prætextu aduerſantes: per Rhetores, eloquentiæ uiribus admirabiles: per Sophiſtas, diſputandi ſubtilitate pertinaces: per Cæſares, omni tormentorum genere ſæuientes: quin cœleſtis illa doctrina, cunctas totius orbis regiones inuaderet, perſuaderet, uinceret, poſſideret. Interim bonorum direptiones, edicta, tribunalia, cõfiſcationes, proſcriptiones, exilia, carceres, uirgæ, ſecures, beſtiæ, cruces, ignes, mortes, in rem Euangelij & fidei profectum erant. Nunc uero (nos miſeros, in quam deſcendimus confuſionẽ? in quas Dei iras incidimus?) in Europæ anguſtijs arctata eſt Eccleſia: & Chriſtus contemptui habetur, ubi olim ſummo habebatur honori. Et ne antiquus ille aduerſarius uel ex una parte inſidias non paret, ſurrexerunt domeſtici hoſtes, graſſantes in reliquam hanc Eccleſiam ad angulum coactam, odio & armis infidelium expoſitam: aliqui paſtores dormientes, uel mercenariorum (ne quid grauius dicam) uices gerentes: nonnulli principes in tyrannidem & bellorum furorem uerſi, quorum ambitioni nullus eſt terminus: multi doctores ore quidem pie docentes, at operibus impie dedocentes: plerique perfectionis uitæ rationem profitentes, at ſcandalis cuncta perturbantes: tot omnium generum, ætatum, ordinum, uiri ac mulieres, ethnicorum ac turcarum potius quàm Chriſtianorum uitam referentes: denique, quod omnium eſt pernicioſiſſimum, tot miniſtri ſathanæ in angelos lucis transfigurati, qui leges, maiorum inſtituta, patrum ſententias probatas, Chriſtiani populi conſuetudines, qui ſacramenta, ſanctorum honores, & quid nõ ſanctum? contemnunt, reijciunt, execrantur. Interim exercitatione ſcripturarum, quas pro ingenio ac libidine potius lacerant, eloquentiæ lenocinio, linguarum eruditione freti, ueterem Eccleſiam, Apoſtolicam ipſi dicunt: at re uera carnalem ueteris Adæ filiam, ſathanæq́ ſponſam, gloriabantur ſe uelle reſtituere, ac procurare uiæ & ſeminatum Domini ornatum, hoc eſt (ut euentus oſtendunt, Chriſtianam Rempublicam perturbare, turpitudinum licentiam cunctis facere. O Eccleſia, o fides, ſiccine in amarum uobis uerterunt omnia? ſiccine uos oppugnãt, qui propugnare debent? Itáne Euangelium & ſcripturæ, quibus olim uiciſtis orbem, conculcaſtis idola, profligaſtis errores, deſtruxiſtis uitia, erexiſtis Chriſti gloriam: nunc in uos ſcutum, tela, arma, facta ſunt, quibus ex hoc angulo eijciamini? An uos tot procellis, fluctibus, tempeſtatibus periclitantes ita deſtituet Ieſus, ut nulla ſit aurora, in qua ueniens dicat uento, Quieſce: & mari, Tace. Sed iam uidere uideor Ieſum ſup aquas ambulantem, eundemq́ audire dicentem: Confidite, ego ſum, nolite timere: poſtquàm uos patres eccleſiaſtica dignitate præminentes, omniq́ doctrinæ genere inſignes, uos mũdi lumina & decora, uolente ac diſponente Deo, in præclaram hãc urbem ſingulari Pauli 3. Pont. Max. & Caroli 5. Cæſaris inuictiſſimi, tum prouidentia, tum authoritate conueniſtis. In tot enim tamq́ grauibus opinionum diſſidijs, quibus nunc omnia miſcentur. in moribus ſeculi adeo corruptis, quibus eccleſiæ facies dehoneſtatur: in tam diutinis bellorum tempeſtatibus, quibus & ſuo ipſius, & alieno gladio Chriſtianus orbis eſt oppreſſus & afflictus: unde expectare poſſumus uel ueritatis lucem, uel morum formam, uel firmæ pacis ſerenitatem, niſi ex hoc ueſtro cõſeſſu, ubi Chriſtus adeſt corda ueſtra afflaturus, & ad cuncta quæ agenda ſunt, directurus? Hoc anno decimoquinto, quo Carolus quintus coronatum agit Imperatorem, quem-

987 *

Mat. 14 e
Mar. 6. g

Luca. 3.

quemadmodum olim in Ioanne fuit, ueſtra opera, fauente Domino, Eſaiæ oraculum languens & pene emortuum, ſua nempe ueritate deſtitutum, abſoluetur, ut parata ſit Domino uia, eccleſiaſticis ordinibus ad ueram ſuæ functionis normam redactis: ut ſemitæ eius rectæ fiant, Principibus in firmam concordię rationem iunctis: ut aſpera ad æquitatē, praua ad lenitatem uertantur, populo ad ſtudium ueræ pietatis compoſito. Quamobrem ubique exaltetur Chriſtus, omnes eum confiteantur ore, diligant corde, referant moribus & pietate. Quo in loco res Chriſtianorū ſint, uidetis: fides eſt extincta: charitas friget: uirtutes contemnuntur: timor Dei exulat: ſacramenta conculcantur: Sancti male audiunt: euangelica libertas, turpitudinum eſt prętextus: & quaſi in peccata conſpirant omes. Ad uos itaq; ſpectat tot Eccleſiæ neceſsitatibus, periculis, calamitatibus, ruinis occurrere: quā ob rem huc conueniſtis. Te autē inuocamus Ieſu Chriſte fili Dei uiui, qui orans pro Eccle-

Ioan. 17. ſia, dixiſti: Pater, ſanctifica eos in ueritate: qui pollicitus es eam aduerſus ſathanæ uires ſeruaturum eſſe, ac in medio uel duorum in tuo nomine conuenientium te ad futurum eſſe. Et precamur, ut Eccleſiam tuam ſanctifices, ut Patribus in tuo nomine congregatis, ſpiritum tuum impartias, ut Principibus mentem des bonam, ne ad ſuam utilitatem cauſas religionis inflectere procurent.

Dan.9.c Obliuiſcere Domine iniquitatum noſtrarū, & memor eſto miſerationum tuarum: non enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi domine: placare domine: attende & fac propter nomen ſanctum tuum, quod inuocatum eſt ſuper populum tuum: ne forte dicant gentes,

pſal.113.b Vbi eſt Deus eorum? Vos autem per Chriſtum obſecro, obteſtorq; patres ampliſsimi, ut ea cōcordibus animis ſpectetis, quæ digna ſunt pietate, profeſsioneq; ueſtra In Ieſu nomine conueniſtis: ad Ieſu gloriam omnibus poſthabitis inſpicite: ſin ſecus, fruſtra uel ſex millia conuenietis. Nihil in uobis deſiderari permittatis, ſiue ad dicendi libertatem, ſiue ad patientiam laborum, ſiue ad ſedulitatem officiorum. Orationibus, ieiunijs, pijs operibus uacantes, conſentientibus pariterq; ardentibus uotis, corda ueſtra dignum præparate templum, ubi Spiritus domini ſedeat, qui per uos in ſeſsionibus loquatur. Nemo ad ingenij oſtentationem, opinionem ſuam mordicus defendere gaudeat. Nemo procuret contentionum uoces: ego Pauli, ego Apollo, ego *1 Cor.1.b*
Cephæ. Nemo metu hominum Deum contemnat. Nemo propriæ gloriæ ſtudio ductus, Chriſti gloriam obſcuret. Nemo aliorum monita, ſed nec Principum mandata tenens, Spiritusſancti conſilia reijciat. Sic enim coram hominibus, in primis autem coram Deo, officium ueſtrum probe uendicabitis.

Dixi.

ORATIO HABITA A R.P. FRATRE *Ambroſio Catharino Polito Senenſi ordinis Prædicatorum, in ſecunda ſeſſione Synodi Tridentinæ, quarto Februarij. 1546.*

PRecelſa loci huius authoritas, Patres ampliſsimi, iam nunc dicere incipientem, profecto maiore me timore ac trepidatione corriperet, niſi huic authoritati ex aduerſo ueſtram opponerem authoritatem, cuius iuſſu atq; hortatu, non mea ſponte, huncipſum ego hodie conſcendi locum: tum iſta ueſtri uultus plurimum reuerenda maieſtas, omnem, quantacunque mihi adeſſet, dicendi facultatem, præriperet, niſi rurſus eiuſdem uultus ueſtri ſumma gratia, ac benigna ſerenitas, quam his meis oculis mihi uideor intueri, me ad dicendum etiam uehementius incitaret: denique ſola cogitatio excelletiſsimæ eruditionis ac doctrinæ, qua tam ſelectam ex uniuerſo terrarum orbe ſynodum præfulgere conſpicio, hærentem faucibus contineret ſermonem, niſi uota precesq; meas ad illum conuerterem atq; in eo fiderem, quem nouimus & os mutorum aperuiſſe, & linguas infantium feciſſe diſertas. Verum ne ſine gradu ego ille miſer homunculus & peccator, ad thronum tantæ maieſtatis accedam, adibo illam quam ipſe nobis inſtituit & aduocatam piam, & ſedulam precatricem. fauete uotis.

O ſumme gratioſa, & una inter mulieres ſingulariter benedicta, Maria uirgo, quæ ut primogenita filia, ut primaria ſponſa, ut fideliſsima ſocia, denique mater chariſsima, ante omnes felices animos & beatos ſpiritus, prope tuo Emanueli aſsiſtis, Aue, & impetra mihi hodie eloquium uiuum, eloquium feruens & efficax, non in comptis humanæ eloquentiæ uerbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & uirtutis: quo auditorum corda magis ac magis ad opus Dei inceptum feliciter peragendum inflam-

988 *

flammem, in eius gloriam, & noſtram totiusq́ chriſtiani gregis lætitiam perpetuam & ſalutem. Amen.

1. Cor. 1. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni deſolatione noſtra. nam quod a cunctis bonis tanto tempore eſt deſideratum, & tantopere efflagitatum & expectatum, ecce nunc ego magno cum animi mei gaudio his meis oculis circunſpecto, te uidelicet Synodũ uenerandam œcumenicam, nõ ſolummodo indictam, non ſolummodo collectam, uerũ etiam iam oſtio in nomine Domini patefacto, confidenter ingreſſam in ſancta, ut æternæ noſtræ redemptionis obſcuratas ab impijs ueritates, ibi aſpicias, nobis decernas, atq́ populo patefacias. Vere gaudeo patres optimi, quia miſericordia & manus Domini fecit hoc: & ideo uehementer cupio, ut hoc meum gaudium, quod commune eſt piorũ omnium, de ſpe magis quàm de re conceptum, ueſtra opera nobis perficiatis: ut ego ſeniculus huius mei tam diuturni deſiderij compos factus, aliquando poſſim canere canticũ cũ ſene illo iuſto, de quo nudiuſtertius audiſtis, quòd reſponſum acceperat a ſpirituſſancto, non uiſurum ſe mortem donec uideret Chriſtum Domini: uidit, & gauiſus eſt: neq́ ſolum uidit, uerum etiam ſuis in ulnis eum geſtare

Heb. 1. meruit, qui portat omnia uerbo uirtutis ſuæ: & lætabundus in eum canticum erumpere,

Luce. 2. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum uerbum tuum in pace, quia uiderũt oculi mei ſalutare tuum: & quod excurrit. Hoc autem ego, ut uerum fatear, nondũ poſſum, donec quod nunc in floribus uideo, detur mihi ſpectare & carpere in ipſis fructibus. Interim uero abſque metu multo ac ſolicitudine multa eſſe non poſſum: metuo enim multũ ab ingenio Sathanæ, quia Sathanas eſt, hoc eſt, bonis omnibus inceptis aduerſans tantoq́ magis aduerſans, quanto diuiniora, & ad plurimorum ſalutem magis nouerit attinere. Qui enim paradiſum Dei conturbauit in cœlis draco ille rufus, ibiq́ ſchiſma condidit tam inſigne: & de alio paradiſo parentes noſtros tantis ornatos donis exterminauit, proſternens, uulnerans & expolians, & ipſum Dominum in deſerto non eſt ueritus adoriri: puto, quod neque tibi parcet, neq́ ueſtram uerebitur ſanctitatem: imo niſi aſſumatis armaturam Dei, ſcutum fidei, thoracem iuſtitiæ, & galeam ſpem ſalutis, ſtrictum ſpiritus teneatis enſem, uigiles, promptiq́ ad feriendum, ceſim punctimq́, ad dextram & ſiniſtram, profecto inſano illius furori, & incomparabili calliditati non reſiſtetis. Eſt igitur uerbum Domini monentis uos in Petro, & Luce. 22. dicentis: Simon Simon, ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Hoc enim totum ad te pertinere, o Synode ſacroſancta, non dubito: tu enim iuxta ſpiritus intellectum Petrus es, quia qui Petri claues obtinet, in te includitur, caput tuũ. Caue igitur a cribatore. conſidera quòd Apoſtolicum ſenatum aggreſſus, unum ſaltem de duodecim cribrando lucratus eſt. Cribrũ eſt corpus illud Domini ſanctiſsimum, flagris cæſum, & clauis & lancea perforatum. Corpus illud ſignificat Eccleſiam, quæ caput habet unum Dominum Ieſum, cuius uices in terris gerit Paulus huius nominis tertius. Qui non eſt ſub capite, non eſt in corpore. qui uicarium ſpernit, ſpernit & Dominum. qui cum hoc non congregat, diſpergit, qui ab hoc ſegregatur, de cribro decidit, & iam non eſt Chriſti, ſed Satanæ. Sic igitur unuſquiſque ſe componat in cribro, ut quauis diaboli concuſsione non excidat. Quod erit, ſi unum in Chriſto dicamus omnes, & 1. Cor. 1. non ſint in nobis ſchiſmata. Dicet hæreticus, Adulatis papiſta: dicet calumnioſus, Aucuparis Catharine: clamabit autem Ambroſius Catharinus, teſte Deo, Non adulor ô hæretice, non aucupor ô amice, ſed uerba exploratiſsimæ & compertiſsimæ ueritatis pronuncio: & eius ueritatis, quam qui non aſſerat fruſtra falſoq́ de Chriſtiano noĩe gloriatur.

Sed ad rem.

Habetis ergo in exemplũ & typum ueſtrũ Petrum, primo quidem auerſum & negantẽ, ut diſcatis cauere: tum eundẽ conuerſum & confitentem, ut diſcatis fortiter agere & ſapienter. Cõſideremus ergo primũ, qua de cauſa 689 * uir ille tã cõmendatæ fidei, & qui pauloante tam pertinax & ſecurus aiebat: Et ſi oportuerit me mori tecũ, non te negabo: mox ad Luce. 22. unius ancillulę uoculã trepidans. tam diſerte negat: ut illi bene conueniret, Hui uictus uno uerbo tam cito? Et paulopoſt ab alia interpellatus ancilla, etiã periuriũ cũ negatione coniungit: & tertio ab homine turbulenti uultus perterrefactus, etiam deteſtando anathemate ſeipſum ferit. Vnde igitur tanta imbecillitas, quęſo? & inconſtantia? Quis neſciat, quòd ab illa nimia de ſemetipſo confidentia? Diſcamus igitur in primis tumorẽ cautum, & non

Ex Terẽ. Eunuchi.

male

male tutam ſecuritatem:id eſt, non eſſe confidentes in nobis, quaſi in nobis: dicente Do-
Ioan. 15 mino:Sine me nihil poteſtis facere: ſed eſſe a-
Luc. 21. c nimoſi in illo qui dixit, Ego dabo uobis os et ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij ueſtri. Nolite putare, res arduas & adeo præclaras & ſalutares, effici poſſe abſq; oppugnatione & diſcrimine magno per malignum. Credite, nõ deeſſe illi ancillas in atrio, fortiſſimas & promptiſſimas ad debellandum. Video quòd taciti quæritis intra uos, quàſnam ego dicam ancillas, audite. Eſt quidem ancilla prior ualde fortis & audax, neq; longe abeſt ab unoquoq; noſtrum:& ne uos morer diutius, ancilla hæc eſt unicuique caro ſua, quæ in atrio pontificis uerſans, hoc eſt, terrenis bonis & commoditatibus uitæ huius incumbens, etiam Petrum ibi ſecum morantem poteſt adigere ad negandum. Non enim aſcendit illa ſuperius, ut legem domini contempletur, & probet utiliora: neq; enim poteſt: cuius prudentia inimica eſt Deo, & aſſidue contra ſpiritum militat, (atque utinam non ſæpenumero cum uictoria) cui potius ancillari debebat. Hæc ſtolida eſt, & ſolummodo, quod eſt ante pedes, aſpiciens: nouiſſima, & quæ alterius uitæ ſunt, non conſiderat. Quare ad omne opus bonum inuenitur ignaua, querula, garrula, contumax: eſt item loquax, procax, temeraria, auida, popularis, & noxiæ libertatis: odit luctum, horret ieiunia, eſurie murmurat, ſollicitatur de craſtino, uigilias non niſi ad ludos & laſciuias tolerat, orationes faſtidit, ad turpiloquia, ſcurrilia, uana, impudica, gerit aures patulas & erectas: ad ſeria uero, & ad uerbum Dei, laudeſq; diuinas, penitus obturatas & graues. Denique in omnibus quæ ſunt ſpiritus & pietatis, ſemper importuna interſtrepit ac permoleſta. Hæc iſtis nouarum ſectarum authoribus, & facibus orbis terræ, magna ac pene cuncta ſubminiſtrauit fomenta. Quamobrem ſummopere ab illa cauendum eſt nobis, utpote, impudente, petulante, pellice, ac male præcincta, contra quam Dominus ait: Sint lumbi ueſtri præ-
Luc. 12. cincti, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris: & uos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quando reuertatur a nuptijs. Attendite ne grauentur corda ue-
Luca. 21. ſtra crapula & ebrietate, & ueniat ſuper uos repentina calamitas. Vigilate itaque, orate, caſtigate ancillam, redigite in ſeruitutem, ne qui alijs prædicare debetis, ipſi reprobi inueniamini.

Hactenus de ancilla priore.

Subſequitur hanc alia ancilla, neque minus metuenda, quippe quæ multos captiuos teneat, qui tamen de priore triumphant. Nam quanto celſior animus eſt, tanto (ni ualde caueat) ab iſta fortius detinetur. Hæc uero ut explicemus, eſt humanæ gloriæ cupiditas, & ambitio, quę ãdulatur hominibus. Hęc igitur quos ſibi ſubigit, ſeruos hominum facit, ut propterea non libere ueritatem con-
fiteantur. propter quod ſcriptum eſt: Multi ex Ioan. 12. f
principibus crediderunt in eum, ſed nõ confitebantur, quia dilexerunt gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei. Hæc, mater eſt omnium hæreticorum & alumna. nam inflata de magiſterio præſumpto, neſcit audire, tacere, diſcere: geſtit autem docere ſemper & loqui. Hæc in tergi mantica ſuos, ne uideat, recondit errores: in ea uero quæ eſt a fronte, rimatur alienos. Hæc ſemel emiſſum uerbum reuocari non ſinit, non enim didicit à
Sapiente: Pro anima tua non erubeſcas dice- Eccle. 4. e
re uerum. Eſt enim pudor adducens peccatum, & eſt pudor adducens gratiam & gloriam. Ac ſi dixerit: Pudet erraſſe, non pudeat errorem agnitum confiteri & emendare. Hic eſt enim bonus ille pudor, qui tibi gratiã pariet & gloriam. Nam labi, errare, neſcire & decipi, humanum eſt malum, & dignum uenia: in agnito uero errore uelle præ pudore perſiſtere, non iam humanum, ſed ſatanicum eſt & inexpiabile. quo fit, ut qui ſe hominem eſſe fateri erubeſcit, ſuo merito euadat in ſathanã & diabolum. Quocirca quicunque aliquid ſcripſimus, uel ſentimus, quod recte ab alio repræhendatur, cedamus ueritati, & cũ gratiarum actione ſuſcipiamus admonentem, deputantes lucro non paruo, ab erroribus liberari. Super omnia autem ſanctæ Synodi ſententijs nemo reſiſtat. qui uero ſecus, nouerit ſe hoc ipſo facto hæreticum prodidiſſe. Videant tamen qui aliena repræhendunt, ne ipſi forſan ab hac ancilla moueantur, quæ eſt & liuida & lippa: & alterius gloriam, ſuam eſſe ignominiam arbitratur: tum ne ipſi falſi bis peccent, dum bene dicta repræhendunt, iniurij ſimul & ueritati, & fratri ſuo: deniq; ne modum fraternæ charitatis excedant, dum quod oleo curari poſſet, igne malint & ferro: quod nõ tam eſſet errores extinguere, quàm
animas uelle perdere, pro quibus Chriſtus eſt 990 *
crucifixus. Hæc autem non de iam ſubuerſis hæreticis, ſed de fratribus dicta eſſe uolo. & qui hanc regulam ſecuti fuerint, pax Dei & miſericordia ſuper illos.

Hacte-

Hactenus de ancillis.

Supereſt nunc, ut pauca de homine turbu-
lenti uultus admoneamus. In hoc facile ſecu-
laris poteſtas agnoſcitur, qua plerique morta
lium adeo terrentur, ut nullum ſit eis piaculũ,
propter illam negare Chriſtum. Recordami-
ni Ariminẽ. Conciliũ, & alia huiuſmodi quæ
dam. Sed Deo gratia eſt, quòd habemus ca-
tholicos principes, & hæreſum inimicos. & ni
hilominus ex abundãtia cordis, quod ad hoc
pertinet, pro pietate non uerebor hortari. Di-
co ergo, ſtatuite ſemel certa fide, hic in medio
ueſtrum eſſe Chriſtum ſummum omniũ prin
cipem, regem, regum, & dominum dominan
tium: & hoc perſuaſi, dicite cum magno Apo
1 Cor. 8 a ſtolo toto corde: Et ſi ſint dij multi & domini
multi, nobis tamen unus Deus Pater ex quo
omnia, & nos in ipſum, & unus Dominus no
ſter Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos p
illum. Tum ſi qua poteſtas abuti uelit conci-
lio ad ſua commoda, & hoc ſcitis, exhorreſci
te, quoniam non in hominem, ſed in ſpiritum
ſanctum peccat. Siquid aliud contra charita-
tem requirat, exerite gladium ſpiritus, & dici-
1. Ioã. 4. c te: Deus charitas eſt. Si quid contra ueritatem
ſimiliter dicite: Ieſus dominus ueritas eſt. Si
Ioan. 14. uultus turbulentus oſtendit iram minitantẽ
uitæ, adiungite: Hæc eſt uita æterna, ut co-
Ioan. 17. gnoſcant te Deum patrẽ, & quem miſiſti do-
minum Ieſum Chriſtum. Et tanquam de pre
miſſis cõcludite cum Pſalmographo: In Deo
Pſal. 55. b laudabo uerbum, in domino laudabo ſermo
nẽ: in Deo ſpaui, non timebo quid faciat mihi
homo. Mementote pcepti: Nolite timere eos
Matt. 10 qui occidunt corpora, poſtea nõ habent am-
plius quid faciant. Timete autem illum, qui
poſtquàm occiderit corpus, poteſtatem ha-
bet mittendi animam in gehennã ignis: hũc,
dico uobis, timete. Reſpicite ad Petrum rur-
ſus, & uidete quomodo iuxta Domini uerbũ
confirmat fratres ſuos. Ecce poſt galli cantũ,
poſt illuceſcentem ſibi diem, a ueri Solis aſpe-
ctu, poſt amarum pœnitentiæ fletum, poſt
trinam ſuæ recuperatæ dilectionis confeſſio
nem, poſt ſuſceptum ſummi paſtoris officiũ,
indutus uirtutem ex alto, non iam in atrio ſe-
dens & fingens, ubi potuit pernegare, ſed in
cathedra docens, ubi regitur a Spiritu ſancto,
totus feruore charitatis ſuccenſus, incipit præ
dicare nomen ſalutis. Turbantur ueteris ſyna
Act. 5. f gogæ pontifices, ille autem alacer inſiſtit ope
ri. Edicunt ut ſileat, ille clamat: Oportet obe-
dire Deo magis quàm hominibus. Addunt
minas, non deterretur: tradunt in carcerem,
ſed uerbum Dei non alligatur. cædunt flagris
agit gratias, gaudens quod dignus habitus eſt
pro nomine Ieſu contumeliam pati. Denique
nunquam ceſſat a munere, donec Romæ iux-
ta oraculum Domini extenſis in cruce mani-
bus, & uerſo deorſum capite glorificat Deũ.
Hæc autem facta quid ſunt aliud, quàm uiuæ
uoces clamantis Apoſtoli? & quid aliud cla- Luc. 10. g
mantis, niſi, Vade, & tu fac ſimiliter? Confir-
ma & tu ſancta Synode fratres tuos: ad hoc
enim conuocauit te Dominus, & hoc repo-
ſcit abs te, cui dari uerba non poſſunt.

Quanta mihi hoc in loco ſuccurrãt patres
oportune dicenda, niſi apud uos agerem, qui
alios iſta melius docere poteſtis, explicarem,
pauca tamen proferam, quæ uelim quaſi ſa-
gittas potentis acutas hærere fixa in cordibus
ueſtris. Dominus enim Deus uos alloquitur,
aiens: Ego te plantaui uineam electam, plan-
taui autẽ te mea cruce & morte, ego te meo
ſanguine irrigaui: elegi ex te lapides, ædificaui
turrim, fodi torcular, poſui ſepem: quid eſt,
quod debui facere, & non feci? Verum quan- Eſa. 5. a
ta habeo iamdudum aduerſus te o ingrata?
Quid eſt enim, quod pene te exterminauit aper
de ſylua, & ſingularis ferus (qui audit, intelli-
gat) depaſcitur? & nihilominus ergo nũc con
gregaui te, quemadmodum gallina congre-
gat pullos ſuos ſub alas, & in medio tui ſum.
Quid times? conuertere ad me dominũ Deũ
tuum, ut confirmes fratres tuos. Stemus ſi-
mul quis eſt aduerſarius meus? rogaui enim
ego pro te, ne deficiat fides tua, quomò ergo
deficere poteris? Tu autem uide canes, uide
lupos, uide operarios malos, uide confuſio-
nem, uide conciſionẽ, uexatas, diſperſas, & ab
errantes oues meas in deſertis, in ſpeluncis, in
cauernis terræ, traditas agri beſtijs deuoran-
das, quas tamen meo ſanguine comparaui:
non dico plura. Hæc enim ſatis, ut intelligas
quid ego requiram ab te. Hæc dominus cle-
mentiſſ. Ieſus tibi hodie in ſpiritu lenitatis. Vide
ergo, & diligenter attende, ne quando in ſpiri
tu iræ & uindictæ, murato ſermone, poſſit iu
re optimo conqueri contra te, & coram Ange
lis & ſanctis ſuis dicere: O habitatores Hieru-
ſalem, & uiri Iuda, iudicate inter me & uineã
meam. Quid debui ultra facere uineæ meæ,
& non feci? Expectabã autem ut faceret uuas
& fecit labruſcas: & expoſuit me ludibrio ho-
ſtibus meis, ut blaſphemetur nomen meum
inter illos. Sed abſit, ut in hoc uerbo tam triſti
mea concludatur oratio: meliora enim ſpero,
ac uiciniora ſaluti. Quamobrem flecto ge-
nua ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti: &
uos omnes oro, & uos in primis, qui pro Chriſti

uicario amplisſima legatiōe fungimini: Oro,
inquam, uos & obteſtor per uiſcera illius pa-
ternæ diuinæ miſericordiæ, ut omni niſu, quē
parturitis, nobis tandem partum exhibeatis,
formatumq́ Chriſtum: ut ego illum quaſi in
ulnis meis excipiens, tanquam alter Simeon,
& ſicut cādidus olor ad uada felicisſimæ mor
tis euolans, hoc dulce melos ualeam decanta
Luc.2. re: Nunc dimittis ſeruū tuum Domine ſecun-
dum uerbum tuum in pace: Quia uiderunt
oculi mei fructum Synodi ſalutaris, quam pa
raſti ante faciem omnium populorum, lumē
ad reuelationem gentiū, & gloriā ueræ plebis
Iſrael. Fiat fiat, γένοιτο γένοιτο, Amen Amen.

ORATIO AD PATRES IN TRIdentino Concilio habita a Fratre Antonio Marinario Carmelita Dominica quarta in quadrageſima. 1546.

IN Vniuerſis Chriſtianæ
uitæ actionibus P. A. euan
gelicæ fides, quæ ſumma
eſt ſincere pietatis, & abſo
lute obediētie fundamen
tum, comprimis exercen-
da eſt, ac ſolide posſiden-
da, nimirum ut homo ab inani proprie digni-
tatis confidentia abhorrēs, omnino a Dei mi-
ſericordia pendeat, ſtatuatq́ deum ut clemen
tisſimum patrem ſibi adeſſe, a quo leta ſemp
expectet, & felicisſima, nec unquam patiatur
ex eius animo perſuaſionem illam excuti, etſi
duris ac infinitis uexetur difficultatibus, quas
mundus, quas caro, quas ſatan, ut ſunt in no-
ſtri pernitiem coniurati duces hinc atq; illinc
procurrant, ut nos a Dei fiducia, eiuſdemq́ ob
ſequio, abducant religioſisſimo. Etenim niſi
ad Deum confugimus, niſi in eum gloriam,
fiduciam, ſollicitudinemq; noſtram transfe-
rimus, a quo uno bonorum omnium ſummā
preſtolemur, eius iram prouocamus: perinde
ac ſi Deos nobis alienos erigeremus, huc igi-
tur conuenit omne mentis ac fidei noſtre ſtu
dium intendere, ut per bona opera Deo patri
placeamus indulgentisſimo cæterum ab ope
rum noſtrorum gloria auerſi, in illius patris
clementia, & uoluntate ſecure & in perpetuū
conquieſcamus. Que omnia ex ſublimi Ioan-
nis & Pauli doctrina, mox coram recitata, ex-
plicaturus ego. Ieſum ſeruatorem unicum ad
quem ſpectat hominum cordibus fidem im-
primere, cui nihil gratius, quàm eius opē im-
plorare, per quem nobis datum eſt Deū com-
pellare patrem, quiq; ſemper ei dexter asſidet
noſter aduocatus, uehemēter precor, ut mihi
dicenti feliciter adſit.

Veteris nature noſtre imaginem Nicode-
mo Chriſtus appoſitisſime depinxit dicens.
Quod natum eſt ex carne caro eſt, atqui hic
grauiter errant qui in carnis appellatione nil
intimius conſiderant, quàm eā hominis par-
tem, quæ ſenſibus ornata, nobis cum brutis
communis eſt, quaſi ſpiritalis noſtra regene-
ratio ad inferiorem, & non ad ſuperiorem po
tius partem pertineret. Altius itaq; carnis inge
nium concipiendum eſt, ut ſpectans ad men-
tem, rationem, uoluntatem, totum deniq́ ho-
minem, quem carnis concupiſcentia & origi-
nis peccato maculatum eſſe ſcimus. quani-
obrem Paulus eum, carnem eſſe ſtatuit, dum
illum uocat animalem, qui non recipit, ac etiā
pro deriſu & ſumma ducit ſtultitia ea q̄ ſunt
ſapientiæ Dei, in qua re præſertim ſita eſt ſa-
pientia carnis, Hunc igitur ſi quis poteſt, eli-
ciet ex hoc homine bonum, unde illi apud
Deum, reliquus ſit gloriandi locus, quando
huius arboris fructus ſunt immundities, for-
nicatio, impudicitia, ueneficia, ire, rixe, diſſen-
ſiones, mala demum omnia, hinc illa fulmina
quibus Paulus ex pſalmorum doctrina in om
nes ade filios inuehitur. Non eſt iuſtus quisq̄,
non eſt qui intelligat, aut exquirat Deum, de-
fecerunt omnes, ut nec uel unus probitatem
exerceat, ſepulchrum patens eſt guttur eorū,
linguis ſuis ad dolum uſi ſunt, uenenum aſpi-
dum ſub labijs eorum. Quorum os maledi-
ctione, & amarulentia plenū eſt, & pedes ue-
loces ſunt ad effundendum ſanguinem, Quæ
mala omnia etſi ex ſingulis hominibus non
emergunt, intus tamen latet horum omniū
uitiorum lerna. Si enim ſpectes preclara illa fa
cinora per que ſummi heroes ad honeſtam
uite rationem contendebant, laudabilia qui-
dem erant coram hominibus nec Deo ingra-
ta, ueluti quibus publica orbis politia coho-
neſtabatur, cæterum carnis opera non imme-
rito appellabuntur: quando nunquam illis q
ea egerunt, in mentem uenit, ut dicerent Do-
mine uoluntas fiat, omnia ex ipſo, per ipſum
in ipſo: ipſi gloria ſemper, unde in eis iam caro
ſuam patefecit inſaniam. dum alius mortem
ſibi cōſcit, alius exilium effeminate deplorat
alius longe maiorem ſe iudicat, quàm ut ſuis
osſibus digna ſit alta Roma. Nihil itaq; reli-
quum eſt homini ſuapte natura, ante oculos
dei: quo gloriari posſit. Se illum officio preue
niſſe, ut aliquid ſibi retribuatur. Iccirco deplo
randa erat infelicisſime huius noſtræ naturę
conditio,

conditio,niſi Deus illa immenſa bonitate ſua,
ut nos hac exueret calamitate,unigenitũ no-
bis donaſſet,per quem omnibus ex corde reſi
piſcentibus , uiuaq; fide in eum tendentibus
peccata gratis condonat , eoſdemq; in uicẽ &
ius filiorum cooptat . Quamobrem ſi talem
te coram Deo exhibere potes, qui tuis meritis
dignus fueris,ut tibi unigenitum ille donaue-
rit , gloriari utiq; poteris te tuo marte adeptũ
eſſe quecunq; cum filio & per filium homini-
bus exhibuit,peccatorum nempe remiſsionẽ
iuſtitiam,ſanctitatem,libertatẽ , adoptionem
filiorum,celeſtis deniq; regni hereditatẽ, quo
quid eſſet impudentius?Quanquã autẽ a no-
bis ut ab ingenuis filijs obedientiam Deus ex
quirit , quam ſummis etiam compenſat pre-
mijs . quemadmodum & penis horribilibus
punit contumacias,nos tamen, quod ad no-
ſtrã ſpectat humilitatẽ, operũ noſtrorum no-
ſtreq; dignitatis gloriam , a cordibus noſtris
abdicare debemus,nihil in nobis propria uir-
tute eſſe exiſtimantes quo ad miſericordiam
Deus commoueatur , niſi noſtram inenarra-
bilem miſeriam , tum enim clementie diuine
pectus noſtrũ patet , cum reſipiſcentes omni
prorſus proprie dignitatis opinione uacui ſu-
mus, nã & in ipſis renatis peccati incendium
longe maius eſt,quàm ut cogitatione cõpre-
hendi poſsit,hoc unum maxime eſt animad-
uertendũ. Si temetipſum erigis o homo, Deus
ipſe ſtatim te deijcit. Si te deijcis,ipſe erigit . Si
te ante oculos eius defendis ipſe accuſat,ſi te
accuſas,ipſe defendit,ſi te coram abſoluis,ipſe
condemnat . Si te condemnas ipſe abſoluit.
Quid enim Chriſtiane humilitati magis con-
uenit,quàm agnoſcere nos propria natura eẽ
omnibus bonis deſtitutos , omnibus meritis
uacuos,omnibus uirtutibus nudos,ut a Deo
ſua bonitate,celeſtibus donis ueſtiti , repleti,
ac coronati ſimus,confiteri nos eſſe cecos,ſer
uos,iniuſtos,ut a Deo illuſtremur & liberta-
te atq; iuſtitia donati ſimus:deniq; omnẽ glo
riãdi anſam nobis adimere,ut ipſe celeſtis pa-
ter ſup omnia ſolus emineat glorioſus, & nos
in eo gloriemur in ſempiternũ. Dei itaq; prece
pta dũ ſeruamus,illi tanquã ingenui filij ob-
ſequimur & obediens , Per ea ad celeſtis uite
felicitatem contendimus, atq; hæc eſt ſingu-
laris ſapientiã,ſi in illis ſeruãdis indeſeſſi per-
duramus,uictoriam conſequimur inſignem,
At alienos eſſe ab operum gloria , & in Deo
unice conquieſcere , hoc hoc inquam pietatẽ
redolet uere chriſtianã,hinc exorietur illa ſan
ctorũ omniũ humilitas,cũ ſupremo iudici eos
ad celeſte regnũ uocanti ante ſecula illis a ce-
leſti patre preparatũ tanq̃ copioſam pietatis
eorũ mercedẽ, reſpõdebũt ſe neſcire q̃ egerũt
pietatis opera. At uero,ne decipiamur , depri-
menda eſt ficta illa carnis ſubmiſsio, aut po-
tius male diſsimulata ſuperbia,quæ ne omni
no nos a Deo ſubducere uideatur,operũ glo-
riam in nobis ita procurat,ut interim Dei glo
riam non reijciat,quinetiam eam ut ſociã aſci
ſcat,nam quid hoc aliud eſt tandem , quàm
uelle cum Deo ſalutis noſtre gloriam partiri.
O peruerſum carnis ingenium,hoccine eſt re-
ligionis genus,Dei honorẽ diſſecare , & illius
gloriam in partes diuidere? hoccine eſt euan-
gelice pietatis exemplum,quæ Dei ſolius ſunt
& conditoris omniũ in os homunculos tranſ
ferre?Nonne ad alienas quoſdam ac minores
Deos uocas cum nos iubes in operibus glo-
riari,quaſi non tota apud Deum gloria debe-
at reſidere,ſciunt ſciunt pij omnes hæc tua cõ
ſilia,occultas eſſe ſathane inſidias , quibus in
apertam impietatem nos conijcere ſtudet,An
non phariſæus ille.P.A.in templo orãs, & ope
ra ſua glorioſe arroganterq; commemorans a
Dei facie uanus diſceſsit , etſi omnino gloriã
Dei,cui gratias agebat,non reiecerit?Hæc ipſe
ſatan eo cecitatis deuenit,ut ſedem quàm am
biebat omni prorſus Dei fauore reiecto, pro-
curaſſet,ſed quia nõnihil ſue dignitati tribuit,
pulſus eſt,e,cœlo. Illud igitur uerum ſit, & ab
omnibus firmiſsime ſuſtineatur,nihil boni in
nobis eſſe,quod a Deo nõ acceperimus quod
ſi accepimus,cur de nobis gloriabimur?nam
ſic gloriari perinde eſt atq; acceptum negare.
Neq; propterea hoc dicimus Patres , ut meriti
nomen tot ſeculis ab eccleſia receptum,a tot
patribus modeſte predicatum delendum eſſe
feramus , nam hoc moliuntur hoſtes noſtri ,
nimirum ut ſub meritorum titulo , pelagiane
nos inſimulent factiõis,ne ipſi deprehendan-
tur qui uere ſunt manichei, ualeant pelagiani
ſint procul a nobis manichei, utriq; enim ex-
tremas huius diſputationis partes amplecte-
bantur. Nos merita habere ſtudemus, eaq; ut
nobis a diuina bonitate donata abſq; noſtre
glorie aucupatione predicamus , & cũ Paulo
clamamus ſoli Deo honor & gloria. Mens enĩ
chriſtiana ad Dei miſericordiam & bonorum
omniũ principiũ conuerſa, bona quidem que
facit opera,reſpicit , tanq̃ diuine benignitatis
radios teſtimonia & fructus , in quibus ſeſe
conſolatur ac confirmat, uerũ in eis non recũ
bit omnino , ſed in eandẽ Dei miſericordiã ſe
reflectit , atq; in ea ut ſalutis noſtre prora ut
aiunt et puppi cõquieſcit , & hic eſt chriſtiane
humilitatis circulus a gloria in gloriã dei felici
ter abſo-

ter abſolutus faceſſat igitur a nobis omnis tũ ſtulta ſecuritas qua ſine obedientie operibus Deo placere poſſe putemus, tum uana arrogantia qua proprie dignitatis uirtute celeſtia bona nobis cõmunicari exiſtimemus. Quantum de nobis gloriamur, tantundẽ ex diuine clementiæ gloria decerpimus, quantũ noſtræ proprie uirtuti uẽdicamus, & arrogamus, tantundẽ impedimenti beneficentie diuine laudande obijcimus. Id quod ſingulari figura apoſtolo eam nobis hodie explicante, in duobus Abrae filijs eſt premonſtratum, quorum alter hoc eſt Iſmael ex Agar ancilla iuxta carnẽ natus legis filios ſpiritu ſeruitutis actos, ꝓpria reſpectantes opera. Et in illis gloriãtes, adumbrabat. Alter nimirum Iſaac iuxta Dei promiſſum ex Sarra libera ortus, filios euangelij toto pectore in Dei miſericordiam ſe componentes, omnemq́ operum gloriam reijcientes prefigurabat. Sed cum Iſmael luderet cum Iſaac. quaſi cum quo hereditatis honòrem eſſet cõſecuturus, eiectus eſt, a Deo ne eſſet heres', nimirum quia omnes, qui proprio ingenio, proprijsq́ uiribus, ſalutis gloriam arrogant, quaſi ludentes cum beneficentia Dei, cum qua eam gloriam partiri uolunt, a Dei conſpectu eijciuntur. Nos itaq; euangelica fide fretæ: promiſſionisq́ gratia orti, tanquam ingenui filij cœleſti patre Deo, placere & obſequi ſtudeamus ei bona omnia quæ in nobis ſunt, accepta feramus in ipſoq́ gloriemur, cui noſtram conſecrauimus uoluntatem.

Proinde qui ſuis operibus fidunt, de diuina erga ſe benignitate dubitare ſolent & per interualla & uices huc atq; illuc alternãdo fluctuare, ut nusq̃ eis portus, nusq̃ fide ſtationis ſpes apparear, facileq́ ad deſperationẽ in grauibus periculis infeliciſſima ratione tendunt. qui autem ſuis diffiſi uiribus Suorumq́ operum reiecta fiducia in Dei benignitate & clementia conquieſcunt, nec cogitare unquã poſſunt ſeſe a Deo eſſe reiectos, illumq́ preſtaturum non eſſe, quod eis pro ſua miſericordia promiſit. Hæc eſt quod illos proprie indignitatis ratio ad dubitãdum prouocet. Legis eſt hæc doctrina Deus benedictionẽ dignis, hoc eſt iuſtis, maledictionem indignis', ideſt iniuſtis, confert, unde nec aliquem potuit lex Dei benedictione donare, quod neminem reperit iuſtum & dignum. Quid nobis cum legis maledictione & ira, qui per Chriſtum redempti ſumus. Aduerſus itaq; legis furorem ſubleuemur, & conſolemur noſipſos leta euãgelij promiſſione, nempe quod indigniſſimis benedictionem & gratiam deus effundit, ſi reſipiſcãt & uiua fide, ſe ei cõmittant. Eſt certe hoc uiue fidei ingenium, nos in Deum ut filios in patrem erigere, Chriſtum noſtrum, nosq́ uiciſſim Chriſti facere, ut cum eo unum corpus ſimus, eodemq́ uiuamus, regamur letemur, & gloriemur ſpiritu. Quamobrem in dubitationis laberintho non errant, qui per Chriſtũ adepti ſunt iuſtitiam. Sed in ſecuritate mentis in pace conſcientie, in lætitia cordis, edocti ſpiritu illo, qui illis teſtimoniũ reddit: quod ſunt filij Dei audent dicere Abba Pater, quanquã interim ineſt illis ſanctus ille timor, ne cadant ab eo ad quem dei benignitate euecti ſunt, filiorum honore, quamobrem exultant, quod Chriſtum tenent, tremunt ne illum amittant, quemadmodum propheta monuit. Exultate ei cum tremore. At uero caro & ſatan nunquam non ſollicitant ad diffidentiam pectora iuſtorum, quibus cum perpetuum eſt certamen, Nunc eos temeritatis accuſant, quod ſe diuini conſilij conſcios & particeps faciunt, dicentes, Scimus quod nos diligit deus, ſed illi ſe purgant nempe quod temerarij eſſent, ſi diuine erga ſe charitatis tot argumentis declarate, preſertim filio ad crucem demiſſo anticipes eſſent, Nunc grauia ſuperioris uite commiſſa memorant, quorum non potuerũt condignã exhibuiſſe ſatisfactionem, ſed illi reſpondent, gratis per Chriſtum nobis quia ſatisfacere nõ poteramus remiſſa ſunt peccata, nõ eſt quod cogitemus, quia ſoluendo non ſumus, ne dignitati mortis Chriſti detrahamus, Nũc quotidianos uite errores, quibus nemo nõ ſubijcitur, ante illorum oculos ſiſtũt, ut uel ſic dubitent de benignitate dei. Sed illi exclamant, Clementiſſimus ille pater, ad hos infirme nature lapſus conniuere ſolet, cuius clementiæ non conuenit illos ad uindictam imputare. Nunc ex occultis maioribus delictis quæ homo (cuius eſt cor ut prauum, ita retruſum) nõ intelligit argumenta ſumunt, quibus diuino fauore illos deſtitutos eſſe cõuincant, ſed illi excipiunt, Integra eſt peccatorum remiſſio, et cum donat deus manifeſta quę nouimus, donat item occulta quę ignoramus delicta, Nũc proſpera commemorat, uelut quibus in hoc ſeculo eos remuneret Deus, ne in alio expectent felicitatis gloriam. Sed illi fatentur deũ ſepe preſentibus bonis ornare iuſtos, ut proximorum neceſſitatibus conſulentes, ad uitam futuram aptiores fiant. Nunc calamitates quibus plerunq; iuſti affliguntur ut aperta irati Dei ſigna commemorant. Sed illi aſſeuerant, eas eſſe manifeſta paterne dilectionis argumenta, ut ſub diſciplina crucis eruditi filij dei,

reddan-

uexatum pectus pium, ſupra omnes tandem difficultates emergit, in corde ſuo ſic loquēs. Quid eſt quod de diffidentia mihi loquatur aliquis? Quis me ſeparabit a charitate & fiducia Dei mei? qui ſua potentia omnia continet, ſuo imperio omnia regit, ſua ſapientia omnia moderatur, ſua mente omnia complectitur, ſuo arbitrio omnia flectit quolibet, & quo libet conſtringit, cuius tanta fuit erga me charitas ut unicum quem unice diligebat filium, ad horribilem tradiderit crucem quo eſſem illius ſanguine aſperſus atq; redemptus, & illū honoris gradum aſſequerer, nempe ut ipſe ſit mihi pater, & Chriſtus frater. Que autem maior aut dilectio aut ſollicitudo, quàm patris erga filium, præſertim eius, patris, qui tāto eſt aliis elementior quanto ſublimior, quamobrem neq; huius ſeculi blanditie, neq; huius carnis illecebre, neq; illa ſathane fulmina, neq; hæreticorum fraudes neq; amicorum delitie, neq; neceſſariorum preces, neq; parentum pietas, neq; populorum furor, neq; tyrannorum crudelitas, ſeu minis perterrere, ſeu in carcerē detrudere, ſeu fortunis priuare, ſeu in exilium ablegare. ſeu quolibet mortis genere perdere uoluerint, a Deo optimo maximo, a domino omnipotente, a patre indulgentiſſimo, ullo unquam tempore me diuellent, ſi cœlū ruat, ſi terra euaneſcat, ſi orbis illabatur præceps ego in eū erectus ero, ſi angelus de cœlo aliud mihi perſuadere contendat, dicam ei Anathema, o felicem chriſtiani pectoris fiduciam, o beatam euangelici cordis pietatem, o ſecurā chriſtiane mentis fiduciam, que uota quæ cōſilia, quæ ſtudia, conatus officia, diligentiam, induſtriam, fortunas, omni loco, omni tempore, omnibus in rebus, uni deo cōmittit, qui neminem in ſe cōfidentem uanum fecit. Nos impios in quam demerſi ſumus ingratitudine? Nos ingratos in quam prolapſi ſumus impietatē, qui reiecta Dei fiducia terrena hæc præſidia quo iure qua iniuria, hinc atq; illinc manibus pedibus procuramus & acerſimus, ſi euangelica fides noſtre uite regula eſſet, re ipſa (qui nunc titulo ac ceremonijs uocamur) Chriſtiani eſſemus, quamobrem in Deo, ut filij in patre clementiſſimo, gloriaremur & cōquieſceremus, qui nunc ut ſerui rebelles eius tanquam iratiſſimi principis furorem deprecamur, & in noſtre, omnium matris eccleſiæ, ſinum amplexus, & oſcula leti exciperemur, qui nunc eam deformatam languentem, ac prope inter moriturā ploramus. Nihil eſt enī P. A. quod non letum non feliciſſimum, contingat, confidentibus in Deum, qui nulli opitulatur libentius quàm quem humana deſtituere præſidia, quod nobis ante oculos euangelica hiſtoria exponit.

Cum enim ſeruator noſter phariſeorum cedens furori, ſe cum diſcipulis in alteram galileam quæ eſt ultra lacum tiberiadem recepiſſet, ac ſuperato montis uertice incompoſitam promiſcuam turbam, nec itineris difficultate, nec loci ſolitudine, nec inedie periculo deterritam, quo minus eum ſequeretur, conſpexiſſet, diſcipulis de emendis panibus ut fameſcenti turbe conſulerent, uerba fecit, ſubindicans, eſſe nonnunquam apoſtolici muneris, gregis neceſſitati, bonis eccleſiæ ſuccurrere, cumq; de Philippi & Andree fide periculū feciſſet, nam alter dixerat, nec ducētorum denariorum panes ſatis eſſe, alter de quinq; panibus ordeaceis & duobus piſcib⁹: quos puer quędam illic habebat, ſed ut fruſtra inter tam multos diſpenſandis, meminit, Iuſſit ut diſponerentur quotquot aderant, diſcumbentes ſuper terram, quæ graminis copia plurimum uirebat, Iuſſis paruere omnes, non heſitantes, non dubij, non diſquirentes, unde illis in deſerto panes adueherentur, ſe totos commiſerunt chriſto, nec ſunt a ſua fiducia deſtituti, nam Ieſus ubi qnq; panes, & duos piſciculos accepit, & de more gratias egit patri, tradidit illos diſcipulis, ut apponerent diſcumbentibus, nimirum ut diſcant euangelicum panem diſtribuentes, illum non tanquam ſuum, ſed a Chriſto acceptū populo apponere, hoc eſt ut ſacras literas non detorqueant ad ſuas cupiditates, neq; obſcurent mandata & gloriam Chriſti, ut ſuo uentri, ſueq; inſeruiant ambitioni. Multiplicari ſubinde panis ac piſcis in omnium manibus uidebatur, quo ues plus aſſumerentur eo maiora fieri incrementa, Exaturati ſunt itaq; omnes, erant autem: pręter paruulos ac mulieres, quinq; millia, & quo clarius eſſet miraculum, collecti ſunt ab apoſtolis iuſſu Chriſti, fragmentorum cophini duodecim, atq; ita populus fame laborans cibos habuit quos etiam ſecum deferret domum, ut diſcamus Deum opportune nobis conſulere, ac deſperatis etiam in rebus feliciter adeſſe ijs qui in eius miſericordia fidunt. Sed iam tempus eſt Patres Ampliſſimi, ut Chriſtum cuius uices geritis in terris, officio reſeratis, & apertis prouidentie oculis, in eccleſiam turbatam periclitantem afflictā, totq; calamitatibus expoſitam, ex hoc concilio, uelut ex alto monte, ubi ſuo ſpiritu Chriſtus adeſt, tātis eius malis iam tandem conſulatis & medeamini uos enim, uos inquam o paſtores, o Patres, o Du-

ces,compello,quid eſt in ſancta Dei eccleſia quod ueſtro cõſilio,ueſtra ope,ueſtra authoritate , ueſtra non egeat inſtauratione ? Quæ ad religiõis dogmata ſpectant periculoſis cõtentionibus ſine fine,ſurſum deorſum feruntur , tot ſunt ſectarum genera quarũ quelibet proprio furore in angulo Chriſtum oſtendit, & recens predicat Euangelium , hoc eſt errores figmenta, & ſomnia proprij cerebri uitiorum licentiam, ſeditionum opportunitatem, pietatis contemptum,& animorum perditionem . Aduerſus eccleſiaſticos ordines rabie quadam exardeſcunt,illos diris execrationibus deuouentes , maledictisq; lacerantes , & ut ſunt in Petri cathedram coniuratisſimi hoſtes,Romanam Eſcleſiam ſedemq; illam Apoſtolicam,indignisſimis modis conculcare tentant.nam uelut errorum ſibi male conſcij,iudicium,& ut pertinaces,correctionem fugientes,in eius ſedis(cuius eſt.ipſos, ac ſui ſimiles iudicare & corrigere)arietant poteſtatem.Et audent perdita qua ſolent impudentia,euangelij pretextu , quæ Euangelio prorſus repugnant,prædicare,ſibiq; ſpiritum Chriſti & ſcripturarum ſenſum arrogantes,patrum ſententias ut impia mendaria reijciunt . Scilicet eorũ conſilio nouam celebrabimus pentecoſten. Nouos recipiemus apoſtolos, recens amplectemur Euangelium,Eccleſia Chriſti per eos debet innouari , tot patres ſanctitate clarisſimi,tot litterarum principes delirarunt,o maiores,o patres,quàm indigne ſtudia ueſtra cõtemnunt perditi hi diſcipuli,quàm impudenter in uos conſpirant degeneres hi filij, quam irreligioſo ſanctum nomen ueſtrum lacerant apoſtate iſti inferorum ſurijs agitati.Et adhuc Chriſtus pro cuius glõria laboraſtis tot furores in ſuã eccleſiam directos ſuſtinet?Ita forte nũc eſt horribilis Dei uindicta ſuper terram , quã hominum impietas meretur,quæ illius bonitati obſiſtere nititur , uos autem . P. A.omni (quod aiunt)pede in hos ſtate,uerum defenditis euangelium,quod inuictũ manet,quanuis in eum magnos impetus faciat mundus , etſi ſeuiat & inſaniat ſathan,hæreticorum furores ut ſemper ſuſtinuit & excepit , ita deuicit eccleſia,adeo ut ne fragmẽta exrent librorum,quos illi ſummo ingenio,mirabili eruditione , exquiſitaq; facundia conſcripſerunt , Patrum uero ac maiorum noſtrorũ, nec ſanctum nomen nec libri deleri potuerunt. Omnia ſtant a uobis,Probate conſuetudines populorum conſenſus,Patrum ſententiæ , achademiarum diſputationes, conciliorum definitiones noui & uete . teſtamenti ſcripture. Et cauſe ueſtre aut potius eccleſię fauet Carolus cum Ferdinando fratre . Eſt fratrum par felicisſimũ , ſunt duo nomina populis omnibus gratioſisſima,duo orbis lumina , duo reipublice Chriſtiane propugnacula , quos neſcias an armis,& bellica uirtute, an fide & religiõe, pro Chriſti eccleſia magis pugnauerint.Nam quid egerint aduerſus turcas noſtro hoc ſeculo,magisquam unquam alias , & uiribus potentes,& Chriſtiani nominis odio , ſeuientes notius eſt ,quàm ut prædicari debeat,at inuictum fidei & religionis eorum robur(Deo immortali grãtie)quis digne poterit oratiõe cõſequi,quando euãgelij corruptores, nec libris uiolenta quadam facũdia ſcriptis, nec tot publicis priuatisq; ſermonibus,nec deniq; augẽde ditionis eorũ pretextu, que res ad flectendos principum animos eſt uehementisſima, illos in medio ipſorum uerſantes ab eccleſiæ Romane obedientia ſe mouere potuerunt. Neq; abeſt ab officio ſuo galliarum ille princeps peculiari & auito Chriſtianisſimi regis titulo,iure inſignitus,qui utraq; manu, & toto uerius pectore,eccleſiæ ſe exhibuit,& exhibet propugnatorem,& patronum,idem uobis de cæteris catholicis principibus atq; magiſtratibus perſuaſum eſſe uelim.Porro illud uobis magnopere procurandum eſt,ut de hoſtium manibus, uel ſub quo illi ſua uenena populis propinant auferatis. Id autem eſt morum corruptela.ſacrorumq; omnium abuſus , totius huius incendij ligna & ignis , hinc enim rem ſupra modum illis exaggerantibus,ortum eſt in populo Chriſtiano,odium pluſquam uatinianum aduerſus eccleſiaſticos ordines,quorum dignitati & honori pasſim detrahitur. Dictu mirum quàm acerbo & pleno ore in ſacerdotum mores,omnes inuehuntur,disſimulatis interim multorũ,qui maxime pij ſunt uirtutibus , reiectisq; a tergo horrendis uitijs quibus eorum uita undiq; ſcatet , cum ipſi ſint in ſua claſſe peiores.Ita in omnibus ordinibus,ſiue ſpectes eccleſiaſticos proceres,ſiue principes prophanos,ſiue promiſcuum populum,ſiue eos qui ſanctioris uite titulo , perfectionem profitentur euangelicam,languet & afflicta ac pene deplorãda iacet eccleſia ; Res hæc uerior eſt,quam ut negare posſit, grauior quàm ut debeat ferri,& pernitioſior quàm ut differri expediat.

Ad te itaq; clementisſime pater ſupplices ac demisſi uota noſtra,precesq; noſtras referimus , ut his tantis malis , quibus affecti atq; afflicti ſumus tua conſulas benignitate , neq; enim peccatorum noſtrorum moles nos deterret,

terret,quo minus a te opem petamus, ſed po
tius conſolatur ac erigit immenſe tue charita
tis conſideratio, Dilexiſti nos olim,& in tuam
ſuſcepiſti cuſtodiā, cum inimici eſſemus tui,
teq́,nec exquirebamus,nec cognoſcebamus,
& nunc auget fiduciam noſtram paterni no-
minis ſuauitas,quæ uincit in cordibus noſtris
omnem orandi difficultatem, Abdicandi cer-
te eſſemus qui degenerauimus, ſi tibi uulgari
more,ineſſet patris affectus, & quomodo eēs
longe omnium clemētiſsimus pater ſi(quod
omnium commune eſt)obſequētes tantum
reciperes filios? Quod ſi hęc ſatis non ſunt cla
mamus,reſpice in faciem Chriſti tui. Ille apud
te cōſtitutus eſt aduocatus noſter quod ſi nul
lus eſt nobis coram tua maieſtate propter de
licta noſtra clementiæ locus,repelle, qui tibi
dexter aſsidet, aduocatum noſtrum, & a ro-
gando deſiſtemus. Ille noſter eſt cum quo ſu-
mus te authore, in unum corpus, eundemq́
ſpiritum cooptati. Si tuus eſt quomodo illum
eijcies? ſi noſter eſt,quomō illum nobis ſub-
trahes? itaq́ neq́ illum ſine nobis retinere,nec
nos ſine illo, reijcere debes. Pater ſuauiſsime
qui potes quicquid uis, quoniā quicquid uis
iuſtū eſt, uelis qđ petimus,& ſimul erit iuſtū
atq́ factum,uerte mala omnia noſtra in glo-
riam clementiæ tue,neq́ eccleſiæ ſalutem,fac
ut hereſes uertantur in euāgelij claritatem, ut
morum omnium corruptelam,Sequatur om
nium uirtutum pulcherrimus ordo, quam-
obrem eccleſia tua tuiq́ filij ſanguine redem-
pta. Quæ nunc arctata eſt dilatetur, quæ ua-
cillat conſtabiliatur,quę obſcura eſt,ſplende-
at,quę arida eſt,oībus ſanctis opibus floreat.

Vos autem Patres Ampliſsimi date operā
ut Chriſtiano populo diſtribuatur euangeli-
cus panis, Euangelio orta eſt, & aucta eccle-
ſia euangelio reſtituenda eſt & amplianda,
ſint manus ueſtre huius panis miniſtre, hoc ē
preſtate euangelium comite ſancta uita. nam
ſi epiſcopi recte docent, Euangelium quidem
in ore habent,at eum uitæ integritate pollent,
illud in manibus tenent, Decreta, definitiōes,
conſtitutiones,canones,cenſure,conſilia,pro
phetiæ,lex Euangelium, frigida ſunt,mortua
ſunt, in contemptum abeunt in ore eius qui
ea ſanctis moribus non refert, tantum abeſt
ut in obſeruationem ducantur a populis, id
quod hac noſtra ætate pluſquam uolumus
experimur. Non enim lingue in primis eſt hęc
celeſtis doctrina,ſed uite uita ſancta uere uita
eſt. quæ dicentis doctrinam uiuam reddit, &
efficacem, ut audientium animos poſsideat,
& in eorum affectus ſtimulos inijciat & flam-
mas amoris dei, ſic reſpublica Chriſtiana cu-
ius omnis ſpes in uobis,ut in ſacra ancora,ſita
eſt, ſentiet ſibi ſalutarē tridentini concilij au-
thoritatem,in reſtituta religione, in reforma-
tis moribus,deniq́ in confirmata principum
concordia, quorum omnia conſilia, ſtudia,
conatus, magno quodam ſilentio pendent,
uelut in manibus ueſtris, diuino conſilio po-
ſita,ſi rem,ea qua decet, pietate pertractabi-
tis,ſilentium hoc uertetur in effuſa publice pa
cis gaudia,& inenarrabile orbis commodum
ſin ſecus,proferet atrociora quam fuerint un-
quam bella, in maximam Chriſtianæ reipubli
ce perniciem. Omnes autem chriſtiani de uo
bis optimæ ſperant,faxit chriſtus, qui ſequen
tem ſe turbam uanam non fecit,ut illi nō ſint
hac ſua ſpe,ſuaq́ expectatiōe defraudati.

Dixi.

ORATIO INSIGNIS AC CLARISſimi D. Didaci a Mendocia oratoris Cæſareæ Maieſtatis, coram Legatis Sedis Apoſtolicæ habita Tridenti tertio Maij. Anno. 1545.

SVperiore anno illuſtriſsiſimi & ampliſsimi patres
cū eſſet a ſanctiſsimo Do-
mino Paulo ſummo Pon-
tifice generale concilium
indictum Tridenti, deſti-
natis ad id inchoandū &
proſequendū Reuerendiſſ. Pariſio, Mutinenſi,
& Polo Apoſtolicæ ſedis Legatis, inuictiſsim'
dominus meus Carolus Romanorum Impe-
rator Auguſtus iuſtiſsimis tunc cauſis adeo
detentus,ut principio Concilij,a ſua Maieſta-
te tantopere exoptati & efflagitati,adeſſe non
poſſet, Epiſcopum Atrebatenſem, dominum
de Granuela,& me, qui Iacobus a Mendocia
dicor,procuratores & oratores ad hanc Tri-
dentinam urbem deſtinauit: quo futuro con
cilio,uel omnes una, uel quiſq́ noſtrum eius
nomine intereſſet. Facta itaq́ a nobis Cæſa-
ris nomine coram illis reuerendiſsimis Lega-
tis comparitione, uiſum fuit ſanctiſsimo do-
mino in commodius tempus concilium pro-
trahere. Nunc uero idem ipſe ſanctiſsimus do
minus, cuius munus atq́ præcipuum officiū
eſt, Reipublicæ Chriſtianæ non deeſſe,conci-
lium Tridenti indixit: ſicq́ ſublata ſuſpicione,
omnibusq́ qui intereſſe debent,huc conueni-
re iuſſis,uosq́ reuerendiſsimi atq́ ampliſsimi
patres,qui præſentes adeſtis,legatos ad pera-
gendum concilij munus demandauit. Quod
ubi Cæſar intellexit,rogatus a Pontif. Max. cū

per nūcios tum per literas, ut uel præſens ipſe
adeſſet, uel oratores ſuos mitteret, ſtatim, ut
pote qui religioſiſſimi & optimi Imperatoris,
& piſſimi principis officiū nulla ex parte non
expleuit, animo ſemper ad commune Reipu.
fideiq́ Chriſtianæ decus, ac maieſtatem reſti-
tuendam, ac cōfirmandam maxime propen-
ſo atque addicto, homines certos, ac literas
in omnem Hiſpaniam, reliquasq́ ſuæ ditionis
prouincias, deſtinauit, qui excitent & cogant
Epiſcopos, alioſq́ uiros, quibus ſacrarum re-
rum cura præcipue incumbit, ut quam maxi-
ma poterunt celeritate Tridenti conueniant.
Præterea quoniam Cæſar ipſe nunc ſe præſen
tem exhibere non poteſt, grauiſſimis, iiſdéq́
iuſtis impedimentis implicitus, mihi, qui pu-
blice Venetijs ſuæ Maieſtatis uices gerebam,
mandauit, quo huc irem, & eius nomine gene
rali ſacro concilio adſiſtens, Auguſtam ipſius
præſentiam pro uirili atq́ authoritatem præ-
ſtem, ad ea omnia conficienda quæ ſacroſan
cti concilij confectioni, & communi Reipub.
Chriſtianæ bono ſanctiſſimæq́ religiōis ma-
ieſtati profutura uidebuntur. Verum in præ-
ſentia Reuerendiſſ. Patres, Cæſaris animū ex-
plicare operæprecium non arbitror, quando
quidē uniuerſo orbi notiſſimus ſit, innume-
ris ſane & certiſſimis rerum teſtimonijs unde
quaq́ communitus, compluribusq́ præcla-
ris facinoribus in Reipub. Chriſtianæ cōmo-
dum collatis comprobatus: cum neq́ Cæſar
animi aut corporis labores ullos quantūuis
grauiſſimos ſubire, neq́ maxima atq́ pericu-
loſiſſima contra Chriſtiani nominis hoſtes
bella ſuſcipere unquam recuſauerit, modo
quicquam ſubſidij Reipub. Chriſtianę, fideiq́
catholicæ afferre poſſet, etiam cū ingenti pro-
priarum fortunarū detrimento, nec ſine ſum
mo ſalutis & uitæ ſuæ diſcrimine. Adſum igi-
tur Illuſtriſſimi & Ampliſſ. patres, meq́ hic prę
ſentem Cæſareo nomine ſtatuo, ea præſtatu-
rus, quæ a me ſupra relata, mihiq́ a Cęſare da
ta in mandatis fuere. Sicq́ inuictiſſimū eun-
dem animum, eandem religioſiſſimam ope-
ram, quam Cæſar huc uſq́ præſtitit, nunc totā
uobis eius nomine polliceor atq́ exhibeo, tū
ad Reipublicæ Chriſtianæ commodū & tran
quillitatem, tum ad ſacræ religionis maieſta-
tem, amplificationemq́, tum etiam ad ſacro-
ſancti concilij proſecutionem. Et quoniam a
me dictum eſt, Dominum Atrebatenſem, Do
minū de Granuela, meq́ Cæſaris nomine an-
no præterito comparuiſſe coram Reuerendiſ
ſimo & Apoſtolicę ſedis Legis Legatis Pariſio
Mutinenſi, & Polo, uos ultra nō morabor his
quæ tunc temporis tractata a nobis, actaq́
fuere nomine Cæſaris, cum publice geſta, &
in actis publicis relata ſint. Hoc igitur ſolum
dicam, me ea omnia, uti tunc acta, dicta, tra- 992 *
ctataq́ a nobis fuere, ita nunc ꝓ repetitis ha-
beri uelle: meq́ ad ea, ac ſi præſentia & repeti-
ta eſſent, penitus referre. Quod autē Epiſcopi
q̄ ex Hiſpanijs cæteriſq́ prouincijs Cęſari ſub-
iectis acciti ſunt, ad præſtitutum tempus non
adſint, quodq́ ipſe citius nō adfuerim, id uos
ampliſſimi patres nec negligentiæ, neq́ dolo
ullo adſcribatis: ſed eos intercapedo locorū
& itineris difficultas, meq́ uero aduerſa uale-
tudo, qua per hoſce dies laboraui, excuſat.
Quæ quidē in hac parte tum ſanctiſſ. Domi-
num Pontifi. Max. tum uos eius nomine bo-
ni conſulturos ſpero atque confido.

ORATIO ILLVSTRISSIMI D. D.
Franciſci à Toleto, oratoris Cæſarei ad Synodum, habitæ die octauo Aprilis.

1546.

Vna cum Reſponſione eiuſdem Synodi.

CAeſarea Maieſtas eximio
illo amore & ſtudio ſin-
gulari, quo uniuerſam Rē
publ. Chriſtianam ſedulo
fouere ſolet ac proſequi,
uos omnes Reuerendiſſi
mi Domini, quotquot in
hac ſacroſancta ſynodo in fide & ſynceritate
Euangelica eſtis congregati, officioſiſſime ꝑ
me ſalutatos eſſe uoluit in Chriſto, qui pro
ſua ineffabili erga genus humanum benigni-
tate & clementia, afflatu diuini ſpiritus, con-
ciliari dignetur Chriſtianorum omnium ani-
mos in gratia & pace, & in Euangelica lucis
ueritate confirmare. Quoniam autē uniuer-
ſo fere orbi terrarum ſatis manifeſtum, explo-
ratumq́ eſſe arbitror, Cæſaream Maieſtatem
nihil unquam in uita ſibi ſtatuiſſe magis pal-
marium, magiſq́ imperatorio, quod ſuſtinet,
munere dignum, quàm Chriſti gregem, præ-
cioſiſſimo illo ſanguine redemptum, nō mo-
do ab omni hoſtium iniuria defendere, ac ar
mis & potentia tueri, uerum etiam ad reſarci-
endam Chriſtiani populi concordiam, ſedan
dos quoſuis tumultus, tollenda quælibet ſe-
ditionis & diſcordię ſemina, grauiſſimos ſum
ptus, uigilias, labores, etiam capitis ſui pericu-
lo ſuſcipere: ſuperuacaneum fore uideatur, ſi
huiuſmodi rerum longiore commemoratiōe

per quàm ampliſſimas paternitates ueſtras, tanta negociorũ magnitudine impeditas, diutius uelim remorari. Ecqd enim opus eſt, obſecro, uel aliunde locupletiora petere teſtimonia, uel earũ rerũ certiorẽ fidẽ nobis adſtruere, quorũ uſus & experimẽtũ penes nos ipſos eſt, patres ampliſſimi? Quãto enim acriore ſtudio pacis, quanto ardentiore zelo pietatis & Eccleſiæ (quæ laudatiſsima merito in principe uirtus eſt) Cæſarea Maieſtas perpetuo exarſit: tanto uehementiore animi gaudio tẽpus hoc acceptabile amplexata eſt, quo per ſanctiſsimum D.N Paulum tertium publicati, patefactiq; Concilij œcumenici dies populo Chriſtiano fauſtiſsimus primum illuxit. Qua qdẽ oblata occaſione, ne rei tantopere exoptatæ defuiſſe uideretur inuictiſsima cæſarea maieſtas, uel potẽtia, uel authoritate, uel opa, extẽplo miſit ad Reuerendiſsimas. D.V. q uices ſuas in ſacroſancto hoc concilio adminiſtraret, D. Didacũ a Mendocia, uirũ nõ minus uirtute, eruditione, iudicio, rerũ uſu, q̃ imaginibus illuſtrẽ, ac plane dignũ cui tantarũ rerũ prouincia committeretur. Is quidẽ in ipſis negociorũ foribus quartana febre correptus, cũ in dies magis ac magis inualeſcente morbo affligeretur, ac Venetias ad legationẽ ueterem ſe recepiſſet: Cæſareę Maieſtati uiſum eſt, illi me collegã adiungere: ut ſuſceptũ huius legationis onus cũ altero mihi commune, interim dum redeat, ſuſtinerem, quemadmodum ex commonſtrato Cæſareæ Maieſtatis mandato copioſius Reuerendiſſ. D.V. intellexiſſe exiſtimo. Quod reliquũ eſt, patres ampliſſimi, præſules uigilantiſſimi, dñm Deum communibus uotis omnes oremus, ut iſtis ueſtris tam ſanctis, tam pijs conatibus diuino ſuo numine aſpirare dignetur: & quod huius negocij præcipuũ caput eſt, robur, & ſtabilimentũ, Sanctiſſ. D.N. Paulũ tertiũ, & Inuictiſſimum Ceſarem, in hac tam pari ac germana quadam animorũ conformitate q̃ diutiſsime conſeruet, qua ipſi inter ſeſe mutuo coniunctiſsimi, omnes rationes, conſilia, ſtudia, conatus, & uires in afferendam Euangelicã libertatẽ conijciant: ut quæcunq; ſeculi malignitate, morũ corruptela, uitæ licẽtia, uitiorũ oim ſeminarijs, in Chriſti ſponſa Eccleſia fœdata ſunt, in priſtinũ illũ candorẽ reſtitui poſſint: atq; utriuſq; ſolerti induſtria, diligentia, cura, ſedulo laborẽt, ut ex agro Domini omnia conuulſa zizania, omnes errorũ caligines ac tenebræ profligatæ, ad coruſcantẽ Euangelij lucẽ tanquam umbræ euaneſcant.

DIXI.

RESPONSIO SYNODI.

ADuentus Dominatiõis ueſtræ huic ſacroſanctæ Synodo gratiſsimus eſt, tũ propter eam obſeruantiã, qua merito Auguſtiſsimũ Imperatorẽ Synodus ipſa proſequitur, tum propter fauorem, quem de pijſsimo animo Maieſtatis ſuæ in tam ſancto, ac uniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ ſalutari opere, ſibi firmiſsime pollicetur: cui etiam nominationis ueſtræ præſentiam, ob præſtantes eius animi dotes, & religionis ſtudium, plurimum adiumenti allaturam ſperat. Quare & Dominationẽ ueſtrã grato ac beneuolo animo amplectitur, & mandata Cæſareæ Maieſtatis per eam exhibita & producta, quantũ de iure debet, admittit, uehementer dolens de eius Collegæ clariſsimi uiri, & huic ſanctæ Synodo multis nominibus gratiſſimi aduerſa ualetudine: & ei melius eſſe magnopere cupiens. Pro cõiuncta uero ipſius Auguſtiſſimi Imperatoris cum ſanctiſsimo D.N Paulo tertio Põtifice maximo in orthodoxa fide, & religiõe noſtra tuẽda & conſeruanda, uoluntate, omnipotenti Deo omnium bonorũ authori, quantas maxime poteſt gratias agit, quẽ aſsidue precabitur, ut pijs utriuſq; ſtudijs, ad ipſius omnipotentis Dei laudem & gloriam, religionis Chriſtianæ incrementũ, & Eccleſiæ pacem, proſperumq; in omnibus & optatum ipſius ſanctæ Synodi ſucceſſum, aſpirare dignetur.

INVICTISSIMI AC CHRISTIA.

Ioannis huius nominis tertij Luſitaniæ Regis & Algarbiorum &c. literæ ad ſummum pontificem Paulum tertiũ miſſæ, & in Concilio Tridentino recitatæ.

SAnctiſsimo in Chriſto patri, & beatiſsimo D. Paulo tertio, diuina prouidentia Papæ, deuotus & obediens ſanctitatis ſuæ filius Ioannes tertius Dei gratia Portugalliæ & Algarbiorũ Rex, citra & ultra mare in Aphrica Dominus, Guineæ nauigationis & expeditionis & commercij Aethiopiæ, Arabiæ, Perſidis & Indiæ, humilimum ſanctorum pedum oſculũ mittit. Etſi nemini dubium aut obſcurum fuit, beatiſſime Pater, nullum tui ſanctiſsimi pon-

tificatus tempus a concilijs,tuendæ Chriſtianæ religionis, conſtituendæq́ inter principes amicitiæ abhorruiſſe, nulla tamen res conceptam de ſanctitate tua opinionem, æque ut œcumenici concilij indictio confirmauit. Quod bene feliciterq́ ceſſurum uniuerſo populo Chriſtiano facile ſibi perſuaſerit, qui diuini nominis primum,cui eius authoritas innititur, maieſtatem, deinde ſanctitatis tuæ in eo denunciando conſtantiam perſpexerit. Quiq́ poſtremo ad eas artes animo ſe & cogitatione conuerterit, quibus ſæuiſſimus humani generis hoſtis omnes aditus, qui ad ſacroſancti concilij celebritatem patere uidebantur, ſuperioribus annis obſtruxit. Nec enim aut ille tã ſtudioſe id oppugnaſſet, niſi iacentem afflictamq́ Chriſtianam Rempublicam excitari poſſe ea uia prouidiſſet, aut ſanctitas tua tantam animi contentionem in agendo totius populi Chriſtiani conuentu adhibuiſſet, niſi conſtanter ſperaſſet fore, ut moribus priſtinæ ſeueritati reſtitutis, omnibusq́ idem de orthodoxa fide ſentientibus, facile non modo hoſtium uim repellere, ſed etiam priorum temporum calamitate amiſſa, recipere & uindicare poſſemus. Quæ ſi aliquando ſingula tantum habere momenti uiſa ſunt, ut agi de illis niſi frequentiſſimo populi Chriſtiani concurſu pro dignitate nõ poſſet:quid nos de ſanctitate tua cogitare par eſt, quam tot & tam graues cauſæ ad ꝓmulgandum œcumenicum concilium impulerunt, præſertim ueteri Chriſtianæ Reipublicę diſciplina ita collapſa, & in tantam perturbationem adducta, ut etiam ſi nullas hæreticorũ ſeditiones, uel hoſtium incurſiones pertimeſceret, ad colligendas tamen antiquæ ſynceritatis reliquias,conuenire omnes oportuerit, & ſuo quenq́ loco ſententiam dicere. Nam cum labefactati mores, hæreticorum improbitati & hoſtium uictoriæ aditum patefecerint, ea ſane parte diligenter cõſtituta, & qui a fidei Catholicæ ueritate defecerunt, reſipiſcent, & qui Chriſtianam religionem armis oppugnant, Dei Opt.Max. potentia opprimentur. Quem ſi facilem habuerimus, ut uictoriam, pacem, ocium,ſumma deniq́ omnia nobis ſpondere poſſumus, ita eo irritato & offenſo, non uideo quod in noſtris copijs ſit reliquum, in quo ſpem figere debeamus. Quòd ſi ubi nec ab exteris nationibus,ullum
* 994 graue & periculoſum bellum immineret, nec inteſtinis factionibus eſſet conuulſa & iactata noſtra Reſpublica, Chriſtianæ tamen religionis interfuit ad conciliandam animorum charitatem ſacroſancto Concilio locum tempusq́ a ſanctitate tua præſcribi, ſi ulla promouendæ pietatis Chriſtianæ ratio haberetur, ſi quem angeret dolor, quem de tot animarum prouinciarumq́ iactura omnes capere oportebat, tranſacta iamdudum res eſſet, cum ſanctitas tua tanto concilij inte celebrandi ſtudio eſſet inflammata, ut multis ab hinc annis nos ad id hortari & inuitare nunquam deſtiterit. Quam animi propenſionem ſi ſanctitas tua in medio bellorum tumultu præ ſe tulit, nunc pace tandem aliquando facta, & armis in anguſtiorem Reipublicæ partem contractis, in animum induco nullam difficultatis ſpeciem obijci poſſe, quæ uel ardorem ſanctitatis tuæ reſtringere, uel conatum retardare poſſit. Cui nos non ſolum morem gerere decet, ſed etiam gratias Deo, quantas mens noſtra maximas concipere poteſt, agere: cuius numine effectũ eſt, ut in*educendo concilio nunquam ſanctitatis tuæ induſtria langueſceret. Nec uero diffido quin qui animi uigorem dedit, incolumen etiam ſanctitatis tuæ ualetudinem tueatur, ut quod ſapienter exorſa eſt, cum ſumma & diuini & tui nominis gloria ſortiter ad extremum perducat. Facile porro adducor ut credam omnes muneris ſui partes ſanctitatem tuam diligenter acturam, tum quòd captato toties fruſtra tẽpori nollet deeſſe, tũ ꝗ minime deceat ſanctitatẽ tuam id inchoatum relinquere, quod ut inchoaret, nullam ſibi recuſandam moleſtiam,nullum nõ ſubeundum laborem, nullam honeſtam conditionem repudiandam iudicauit. Neq́ ſane tam multa ualent ad interrumpendum ſacroſancti concilij curſum,quàm eius initium impedire multa poterunt. Si modo ſanctitas tua ab eo quod inſtituit,nõ decedat,& quod Deo opt. Max. authore cœpit, eodem egregium conatum iuuante, proſequatur. Qui ut quæ maxime obſtare uidebantur, diuinitus ſubmouit, ita propoſito omnibus ſanctitatis tuæ ſaluberrimo exemplo, & longe lateq́ ſacri concilij diffuſo ſplendore, ſi quorum nondum ſatis eſt confirmata uoluntas & perſpecta, eos paulatim ad colendum Eccleſiæ Catholicæ nomen & ad frequentiorẽ œcumenici concilij celebritatem adducet. Quamobrem ſupplex ipſe ſedis Apoſtolicæ filius, ſanctitatem tuam oro atq́ obteſtor q̃ modeſtiſſime poſſum, ut ad omnem ſe difficultatem confirmet, ne animum contrahat ac remittat.Quod licet ſua ſponte facturam ſanctitatem tuam exiſtimem,uis tamen amoris &

tis & obſeruantiæ meæ, rei etiam magnitudo efficit, ut a ſanctitate tua id petere atq; obſecrare non dubitem. Cæterum cum legatos meos & quos illis concilij participes ſociosq; deſtinaui, minore celeritate quàm uellem, uiderem ſe ad iter componere, ne ulla eſſe in me mora uideretur ad id quod ſanctitas tua tantopere uult efficere, delegi ex eo numero uiros bonos & eruditos Fra. Georgium a ſancto Iacobo, Fra. Hieronymum ab Oleaſtro, Gaſparum a Regibus, ſacrarum literarum profeſſores, qui ad ſanctitatẽ tuam celerius mandata mea perferrent, & quid de ſacro Concilio peragendo ſentirem, accurate exponerent. Quibus ut fidem habeas hac de re tota, enixe peto beatisſime pater. Deus Opt. Max. diu tueatur incolumen ſanctitatem tuam, Pater ſanctisſime & beatiſſ. D. ad ſui nominis laudem & gloriam. Datũ Eburæ, uigeſimanona Iulij, Anno humanæ ſalutis milleſimo qngẽteſimo quadrageſimoqnto.

ORATIO CLARISSIMI ATQVE *Facundisſimi uiri D. Petri Daneſij, oratoris Chriſtianiſsimi Francorum Regis ad Synodum.*

REuerendisſimi Legati & Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, cæteriq; omnium ordinũ in hanc ſanctam Synodum cooptati & conſcripti Patres, ſicut Chriſtianisſimi Regis præcipuus antea ꝓ eius pietate erat dolor, ex miſerrimis & poſt hominum memoriam turbulentisſimis Eccleſię temporibus ſuſceptus, ita nunc eximiæ cuiuſdam lætitiæ cauſam attulit noua tranquillitatis oblata ſpes, quam ſacri huius concilij nomen expectatioq; commouit. Neque enim potuit aut non ſperare id futurum, quod uos, authore ipſo Conciliorum præſide Deo, agere ſciret: aut quod maxime ſemper expetiſſet, non uehemẽter euenturum eſſe, lætari. Nec uero conuenire exiſtimauit, quum de ſumma re Chriſtiana ageretur, nõ ſingulare exiſtere Chriſtianisſimi Regis ſtudium, qui ad bene de ea merendum cũ
* 995 cognomine ſibi hæreditario, tũ plurimis maiorum exemplis inuitaretur. Itaque quod facturus ipſe, ſi præſens adeſſet, fuerat, ut uos, etſi ſponte currentes, tamẽ acrius incitaret ad populi Chriſtiani pacem ad concordiam reconciliandam, ſacerdotij dignitatem prope amiſſam recuperãdam ueteres nimiumq; diu neglectas Eccleſias ruinas fulciendas: ad eaq; conficienda ſuas omnes curas, conſilia, cogitationes, opes, polliceretur: id nobis legationis huius munere impoſito, ſuo nomine ut faceremus, mandauit. Cuius ergo legationis ſummam, priuſquàm uobis, patres, expono, quod quidem extrema oratione mea faciam: pauca quædam neceſſario dicã, cum de plurimis Regum Franciæ ſuperiorũ in Eccleſiam meritis, tum de huius ipſius, a quo allegati ſumus, Franciſci, perpetuis in eãdem officijs: nõ quo hunc ita uelle arbitrer, aut illos ut clariores fiant, egere præconio putem. Neque enim aut hic, quum ita ſe gereret, ut & ipſo & eius maioribus dignum erat, inanem neſcio quam uerborum laudem expectauit: aut illorum res pro Chriſti Eccleſia geſtæ, ita ſunt uel obſcuræ, ut illuminari: uel communes, ut ornari: uel denique tenues, ut amplificari cuiuſquam oratione debeant. Sed & hic, qui ſe uni Deo probatum uellet, ſola recte factorum conſcientia facile contentus, id demum bene agendo ſpectauit ſemper, bene ut ageret: & illorum eæ quas dixi, actiones huiuſmodi certe ſunt, ut nullam non orationis facultatem, nedum meam, quæ ſentio quàm ſit modica, exuperent. Verum id, ut dixi, neceſſario ita faciam, ut intelligere posſitis, Chriſtianisſimum regem, quæ nunc a uobis poſtulet, ea iure meritoq; poſtulare. Et tamen ita orationi moderabor meæ, ut nemo non ſit exiſtimaturus, me plura, quæ explicari quãuis ornate potuiſſent, ſimpliciter potius, nudaq; breuitatis ſtudio protuliſſe, quàm aliquid ex rhetorum artificio ac præceptis facere amplius uoluiſſe. Vos modo, patres ſanctisſimi, benigne me & attente his de rebus, ita ut oſtendi, dicentẽ facile quæſo audiatis.

Francorum Reges iam inde a Clodouæo primo noſtræ gentis Chriſtiano rege, inter cęteras, qbus merito celebrantur, uirtutes, egregia quadam pietatis laude floruerunt. Cuius rei argumentum eſſe uidetur, quod unũ hoc regnum adhuc extitit, in quo Chriſtiana religio per annos plus mille nunquam intermiſſa, ſyncerisſima ſemper perſeuerarit: ut quomodò bene conſtituto in corpore purus ſanguis, ita in illo regno quædam religionis quaſi ſanitas perpetuo conſtiterit. Certe ſanctisſimus pontifex Gregorius * pius, quod for. * primus.
epiſtolis eius conſtat, Childebertum Francorum regem catholici cognomine iam tum ornauit, graui teſtimonio eius quam dixi, incorruptæ caſtæq; religionis. Hanc igitur illi

ſemel ſuſceptam, ut naturali ſuo candore prędıtam tuerentur, neq; alienis, ut ita dicam, coloribus, oblini ulla dæmonis mali arte ſinerent: quum in eo omnes ſuas curas cogitatio nesq; defixiſſent, operam ſemper dederũt, primum ut quantum humana diligentia effici poſſet, ne qua in animis ſuorum noua exiſteret contra Eccleſiæ ſententiam ulla de re opinio: deinde ut ſi quid tale forte accidiſſet, ſicut eſt inimicus ille noſter in ſuperſerendis zizaniis diligens, id ſtatim animaduerſum, priuſquàm conualuiſſet, opprimeretur: tum aũt ne qua ullius partis diuulſio a Catholica Eccleſia fieret, neu quod præcipuis etiam in locis nonnunquam uſu ueniſſet, in aliqua Imperij Francorum parte accideret, ut eſſent alij qui Catholici, alij qui uarijs a ſuæ quiſq; ſectæ authore nominibus appellarentur. Nec his cõtenti quaſi domeſtici officij regionibus, nõ aliena etiam, quoties res tulit, eadem pietate curarunt: ſed & finibus ſuis egreſſi, & cum exteris gentibus congreſſi, quas uel impio dæmonum cultui deditas, uel aliqua hæreſis labe infectas compeririſſent, quum prius omnia experti, monendo, ſuadendo, denunciando, nihil profeciſſent, pijs illas armis ita fregerũt, ut uel falſa ſuperſtitione abdicata, uel prauis opinionibus reiectis, ueram ſanamq; profiteri religioné cogerent. Ac ne multa utriuſq; rei exempla afferam, quod & longum eſſet, nec certe hoc tẽpe neceſſariũ uidetur, eius quod poſtenus polui, teſtis erit ille quẽ modo nominaui Childebertus, q Viſigothos bello aggreſſus, Chriſtianos illos quidem, ſed partiũ in Eccleſia Arrianarum, hunc tandem eos neceſſitatis deduxit, ut & impium dogma repudiarent, & ad Catholicæ Eccleſiæ, a qua alieni erant, partes traducerentur. Prioris fidem faciet Carolus, a rerum quas geſſit, magnitudine cognomen Magni nactus. Is enim ſuſcepto in Saxonas bello, Chriſtianæ tunc pietatis teterrimos atq; acerbiſſimos hoſtes, ſic illos per annos amplius triginta exercuit, & ad ultimum etiã perdomuit, ut uera religione imbuti, & ſalutari aqua tincti, in Chriſti nomen inſerentur. Et huius quidem generis utriuſque multa Franci. Iam uero, quum Romanam Eccleſiam, cui ille Apoſtolorum princeps præſediſſet Petrus, orbis terrarum principatum ſemper obtinuiſſe, eiuſq; Epiſcopũ, capitis loco a reliquis magno conſenſu Epiſcopis habitum eſſe didiciſſent: pie hoc quoq; ac præclare fecerunt, ut q & Eccleſiam & Epiſcopum præcipue ſibi colendos propoſuiſſent, utriuſq; & opes opibus ſuis augerent: & quum res poſceret, pericula periculis item ſuis propulſarent. Pipinus enim, ut taceam quæ huius pater Carolus cognomento martellus geſſit, quum Aiſtulphus Lõgobardorum rex, pluribus per uim occupatis Romanæ Eccleſiæ oppidis, ulterius progrederetur, ut niſi capta urbe Roma, finem facturus iniuriarum non uideretur, precibus exoratus Stephani põtificis, incredibili celeritate ſuperatis Alpibus, indeq; deiectis hoſtium præſidijs, quæ omnes ſaltus inſederant, exercitũ in Italiam traſportauit, & Aiſtulphum acie cõgredi non auſum, Ticini, quo ſe ex fuga receperat, tandiu obſedit, quoad is, datis obſidibus, & iureiurando interpoſito, confirmaret ſe & erepta Romanis redditurum, nec quæ reſtituiſſet, ullo unquam poſtea tempore repetiturum. Quid huius filius Carolus, qui a rerum (ut pauloante dixi) geſtarum magnitudine cognomen inuenit? Quæ fecit? Nempe eadem qua pater pietate, ſed ſucceſſu proculdubio & felicitate maiore, aliud ſimilem ob cauſam bellum aduerſus eandem gentem ſuſcepit & geſſit. Nam quum Deſiderius in Aiſtulphi locum mortui ſuffectus, partim ſua ipſe uirtute confiſus, partim Caroli occupationũ opportunitatem ſequutus, quòd is tum maxime grauiſſimo Saxonico bello implicatus uideretur, non ſolum reddita ab Aiſtulpho Romanis oppida iterum inuaſiſſet, ſed & de Vrbe ipſa occupãda palam conſilia iniret, in quã totus ſpe & cupiditate imminebat: Adrianus pontifex qui Stephano ſucceſſerat, Legatos ad Carolum miſit, qui & periculi ſui magnitudinem ei proponerent, & in Eccleſiæ propugnatione patriæ illum a uitæq; uirtutis admonerent. Id igitur tum bellum ita ille ſuſcepit, qđ tanta Francorum militum & cam incredibili uirtute & patientia confecit, ut Deſiderium, qui ſe Ticini incluſerat, longa obſidione fractum & in poteſtatem redactum, exilio mulctauerit: Aldegiſium eius filium, in quem ſublato patre omnium ſe Longobardorum animi conuerterant, cedere Italia coegerit: Rhogandum quendam Longobardici generis hominem, quem Foroiulianis ducem a Longobardis impoſitum ipſe in imperio confirmarat, beneficij oblitum, reſq; nouas molientẽ oppreſſerit: denique Italia prope omni potitus, fundatiſſimi in ea per tot annos regni opes funditus euerterit. Romano autem pontifici, cuius unius cauſa res tantas geſſerat, nõ ſolum ablata reſtituit, ſed & Rauennatem inſuper exarchiam, Flaminiam, Aemiliam condonauit. Ob quæ merita Adrianus, quum in Synodo Romæ habita plurium Epiſcopo-

rum

996 *

rum, de præmijs quæſiſſet, quibus tantam regis Franci cum in defendenda Romana Eccleſia tanquam matre pietatem, tum in ornanda liberalitatem, animiq; magnitudinem remuneraretur: decretum de Concilij ſententia, in hæc fere uerba fecit: Placere uti Carolo Francorum Regi, poſterisqué eius Francorum Regibus, honoris uirtutisq; cauſa, ius in perpetuum eſſet, Romanum pontificem quem fieri uellent edendi, eamqúe ſedem, quum rectore uacua foret, ordinandi: reliquarum uero Franciæ ditionis prouinciarum Epiſcopos, quum more inſtitutoqúe maiorum facti eſſent, laudandi approbandiue: ut niſi quem rex laudauiſſet, nemo conſecraretur: tum autem fidelitatis iureiurando obſtrictos, ita quaſi in poſſeſſionem muneris ſui & poteſtatis mittendi. Id enim, illo in ueſtiendi uerbo, quo decretum utitur, ſignificari uolunt iuris pontificij periti. Nouus omnino honor, (cur enim non fatear?) & tum certe primum uelut in exemplum proditus. Sed erant illa quoque quibus tribuebatur, noua & ſingularia merita: ut minime ſit mirum, nouis inuſitatisq; beneficijs, noua etiam atque extraordinaria eſſe præmia conſtituta. Atlicet Ludouicus Pius Caroli Magni filius, prius illud ius Romanum pontificem edendi, ultro poſtea remiſerit: id tamen in remittendo diſerte excepit, ut ſimul atque electus quiſpiam & conſecratus Romanus pontifex eſſet, neceſſe is haberet Legatos ad ſe ſuosue ſucceſſores Francorum reges mittere, qui mutuam inter ipſos, hoc eſt, Romanam Eccleſiam Francorumq; regnum amicitiam, charitatem, pacem conſociarent. Quod ipſum ita profecto ſemper ſucceſſit. Siquidem ſanctiſſima hæc neceſſitudo ac coniunctio, Romani Pontificis Francorumqúe Regis, nunquam ex eo tempore intermiſſa, ſed multis potius & magnis utrinq; officijs culta, quum uterq; ſuam in alterius dignitate contineri dignitatem exiſtimaret, integra adhuc incolumisq; permanſit: ut ueriſſimum eſſe uideatur, quod tertius Innocentius ſua quadam ad Galliarum Epiſcopos miſſa Epiſtola teſtatus eſt, Francorum regni exaltationem, (ipſius enim uerba, quo magis agnoſcantur, ponam) ſublimationem Apoſtolicæ ſedis eſſe: uideriq; id regnum præcipua quadam gratia a Deo benedictum, cuius & rex & populus ſynceram ſemper Chriſtianam fidem retinuiſſent, & ſingulare quoddam eximiumq; ſtudium in Eccleſiam, & præcipue in Romanam, præſtitiſſent: & certe (quod illa quæ dixi, maxime confirmet) Romani ipſi pontifices difficillimis uel ſuis uel Eccleſiæ temporibus, quum aut tyrannorum iniurijs pulſi, ſe de ſua carerent: aut de uioribus Paulo ſeuerius corrigendis, ſeditionum ue fluctibus ſedandis cogitantes, uim uererentur ut in portum, ſic in Galliam fere ad Francos ſe receperunt, quorum tuti pietate, liberius concilia hiſce de rebus habere poſſent. Cuius rei teſtis eſt generalis illa Remenſis, cui ipſe Romanus pontifex præfuit, Synodus: teſtis Claramontana, cui Vrbanus: Turonenſis, cui Alexander: Lugdunenſis, cui Gregorius præſederunt. Teſtes aliæ item complures, quarum nunc quidem nominibus, ne longior ſim, parco. Ac poſſem quidem, Patres ſanctiſſimi, alia huius generis pene innumerabilia afferre, quibus Francorum Regum excellens quædam in Deum eiusq; ſponſam Eccleſiam pietas, luce clarius probaretur: ſed uereor ne hæc quoque ipſa modum, quem mihi initio conſtituti, exceſſerint. Certe incredibile quiddam dictu eſt ijs, qui in memoria ſuperiorum temporum euoluenda accuratius uerſati nō ſunt quàm multa Franci pericula ſponte adierint, quot & quàm graues ærumnas pertulerint, quàm immanes ſumptus, nec pecuniæ ſolum, ſed & ſanguinis ſæpe ſui fecerint, hanc unam ob cauſam, ut aut Chriſtiani Imperij fines proferrent, & occupatas a feris barbarisq;, & huic ſemper nomini inimicis gentibus prouincias recuperarent: aut Romanos pontifices uel eiectos in ſuam rurſus ſedem reſtituerent, uel de ſuo ſtatu dubitantes confirmarent, periculisq; eximerent. Quorum multæ nobiliſſimæq; uictoriæ, etſi ſcriptorum laude bonorum caruerunt, propter eam quæ tum ubique erat, literarum pene omnium, ſed eloquentiæ maxime, cladem & quaſi interitum: grata tamen hominum recordatione ab obliuionis iniuria uindicatæ, ad omnem poſteritatis memoriam peruenient. Turcæ mediusfidius ipſi, & (ut uno uerbo dicam) totus oriens, quum a Græcis quibuſcum uiuunt, aſſidueq; uerſantur, diſceſſerint, nullum aliud Chriſtianorum niſi Francorum, nomen nouerunt: quo uno omnes quæ hic ad ſolis occaſum incolunt, gentes populosq; ſignificant. Tam crebris illi uidelicet, tamq; illuſtribus laudum ſuarum ueſtigijs omnem propemodum Aſiam impreſſerunt, ut mirari quis iure non queat quid ſit, cur Romani pontifices præcipua ſemper charitate Francos, tanquam primogenitos quoſdam

dam Eccleſiæ filios, complexi ſint, legibus Canonicis ſæpe ſoluerint, priuilegijs ornarint, multorum immunitate & uacatione munerum donarint, breuiter eximio quodam in Eccleſia, quaſi ciuitate, iure eſſe uoluerint.

Ab his profectus maioribus (quod erat ex duobus quæ propoſueram, alterum) chriſtianiſſimus rex Franciſcus, haud diſſimili atque illi pietate, primo ſtatim aditu atque ingreſſu principatus ſui, quum eſſet recenti clariſſima apud Inſubres uictoria potitus: Bononiam uſque, quo acceſſiſſe, ut ſecum congrederetur, Leonem decimum pontificem maximum audierat, proceſſit: cum illo certam amicitiam fœduſque firmauit, ijs conditionibus, quæ tunc utriuſque uoluntate præſcriptæ, etiamnum ſeruantur. Hanc eadem poſtea amicitiam eiſdemque illis conditionibus, cum Adriano, Clemente, hoc ipſo Paulo tertio habuit, & ſanctiſſime ſemper coluit: a quibus uiciſſim magna ſepius pietatis ſuæ teſtimonia tulit. Quid hic commemorem perpetuas eius excubias & cuſtodias ſanctiſſimæ noſtræ religionis? Que quum per hoſce ſex & uiginti annos ita iactaretur, in hac quam omnes meminimus, partimque etiam ſentimus, contrariarum opinionum, quaſi uentorum tempeſtate, uix ut ſtatui poſſet quid quiſque ſequeretur: id egit, quod pro ſua & maiorum ſuorum perpetua conſuetudine ſapientiſſime potuit. Quod enim acceperat & ipſorum exemplo Apoſtolorum traditum, & a catholicis principibus ſemper obſeruatum, ut de ijs quæ de fide in quæſtionē uocarentur, nihil a quoquam priuata authoritate conſtitueretur: ſed Eccleſiæ potius iudicium, quo omnes ſtare oporteret, expectaretur: ita ſane fecit: diligentiſſime in omnes partes cauit, ne quid omnino in communi Eccleſiæ uſu nouaretur: quum interea non deeſſent, qui multa cum in doctrina populi Chriſtiani, tum in moribus uitæque inſtitutis mutanda eſſe cenſerent, idque adeo tentare auderent, ſed integram omnium quæ a quoque noua proferrentur, cauſam ueſtris Patres iudicijs reſeruauit. Quam rem quo facilius aſſequeretur, qui eſſet ſuopte ingenio ad clementiam ac lenitatem pronior, & uel a ſingulorum hominum, quoad publica ſalus pateretur, pœnis abhorreret, coactus eſt interdum in tanta multitudine peccantium, & omnia miſcere ac perturbare paratorum, contra naturam ſuam eſſe ſeuerior, ut grauiora in illos edicta proponeret, ſi qui auderent priuata temeritate, Eccleſiæ ſtatum conuellere. Ita perfecit cum ſua diligentia, tum iudicum ſuorum incredibili in exequendis edictis ſtudio & uigilantia, ut in tanta repente contra tempeſtate, in qua difficillimum uidebatur, curſum tenere, facillime eo quo intenderat, peruenerit, quum tamen multas ſæuiſſima hæc procella ciuitates, imo uero, proh Dei immortalis fidem, nationes genteſque totas uel euerterit, uel grauiſſime certe afflixerit. Pacatam dat uobis Patres ampliſſimam nobiliſſimamque prouinciam. Nihil in ea nouum, nihil alienum, nihil non ex ueteri more ac diſciplina publice introductum reperietis. Omnia in illa uetera, doctrina, ritus, 998 * cæremoniæ, mores, inſtituta conſtant. Vos nunc de omnibus ea ſtatuite, quæ uera, quæ e Republica eſſe, quæ ſummam populi Chriſtiani concordiam, & ad Dei gloriam pertinere uobis uidebuntur: ne, quod adhuc magno piorum omnium animi dolore accidit, ultra eueniat, ut impuri Turcæ, nefarii Iudæi, & utriſque importuniores, non homines, ſed in hominum figura beluæ, noui quidam horum temporum Epicurei, qui omnem ex hominum animis tollere humanitatem, religione demenda conantur: ſuo illo inceſto ore ſanctiſſimæ noſtræ pietati conuicium faciant, & quod imperitis iure agere uideantur, crebro illud nobis exprobrent, Vbi eſt Deus eorum? Porro autem quum id etiam animaduerteret chriſtianiſſimus Rex, Pſal. 113. quantam ſemper uim habuiſſet ad res continendas, eſſe unum in Eccleſia Romanum Epiſcopum, utpote Petri ſucceſſorem, reliquorum & dignitate & authoritate principem, ad quem cæteri ut ad caput referrentur: qua maxime re, noſtra hæc in terris militans Eccleſia, illius in cœlo triumphantis effigies quædam agnoſceretur: non minore cura ac ſtudio prouidit, ne qua inde ſeceſſio defectioue ullā ob cauſam accideret. In quo uel clariſſime regia uirtus & conſtantia enituit. Sæpius enim omni ratione tentatus, & multis inuitatus nec iis uulgaribus commodis, ut aliquid auderet aliquando, nec editum ab altero exemplum dubitaret ſequi, perſtitit in ſententia: ut quorundam propterea finitimorum amicitiam deſiderarit, eaque re parum ſit ſuorum quieti & ocio conſulere uiſus. Sed uir maximus & excellenti animi robore ac pietate præditus, iuſtum bellum, quā inhoneſtam pacem maluit. Poſt autem ut primum certior eſt factus, conuentum Chriſtiani nominis uniuerſi hanc in urbem indi-

ctum

ctum eſſe a Paulo tertio pontifice maximo, in quo de tantis Eccleſiæ incendijs communi tandem conſilio reſtinguendis ageretur: iamꝗ eo aliquot paruo numero, ſed & ſapientia & ſanctitate præſtantiſſimos patres præmiſſos, qui ea quæ concilio neceſſaria uiderentur, compararent. adminiſtrarent: ſibi nō defuit, quin eodem delectos e ſuis Epiſcopos mitteret, communium participes curarū & ſocios futuros. Deniꝗ aliquo ſatis magno tēporis ſpatio interiecto, ut rē ſerio agi, & cōſeſſiōibus duabus tribuſue aliquot iam authoritates ueſtras perſcriptas eſſe allatum eſt: qui illuc uſꝗ omnia feciſſet quæ principem & Re & nomine Chriſtianiſſimum decerent, minime iudicauit conuenire, ſuum in re tam neceſſaria, tamꝗ & a ſe & ab omnibus bonis ſemper exoptata, officium non conſtare. Itaꝗ qui multo feciſſet libentius, ſi regni negocia id pati poſſent, hic ut adeſſet, ubi tot ſanctiſſimos Dei ſacerdotes diuino (ut credi par eſt) ſpiritu afflatos maximis de rebus conſtituentes uideret, quorum in uultu, geſtu, oratione acquieſceret: quod proximum erat, Legatos procuratoreſꝗ ſuos & uoluntatis interpretes nos miſit, cum his mandatis quæ ego nunc, quando priora illa duo præteruecta oratio eſt, uniuerſe tantum ſummatimꝗ exponam. Spero enim fore, ut poſthac ſæpe, quoties quidem forte uiſum fuerit eſſe opus, de ſingulis proprie accurateꝗ agendi, ſit nobis uoluntate ueſtra, locus. Vos quæſo quemadmodū ſuperiora feciſtis, hæc quoꝗ pauca benigne attenteꝗ patres audiatis. Hæc eſt igitur mandatorum Chriſtianiſſimi regis ſumma: Etſi minime is quidem dubitat, quin uos omnia, de quibus conueniſtis, quæꝗ ab hoc ſanctiſſimo Concilio expectantur, ſummo ſitis ſtudio ꝑ uos acturi: a uobis pro ſua pietate in Deum, obſeruantia in hunc ordinem, & in populum chriſtianum uniuerſum charitate, uehementer petit, ut pacis concordiæꝗ cauſa, ac ne amplius non ſolum imperitæ imbecilleꝗ multitudinis, ſed quorundā etiam robuſtiorum, licet leuium, mentes fluctent, & in diuerſa ac contraria ferantur, quę res Eccleſiæ ſtatum perturbet, & tanquam unitatem abrumpat: de doctrinis ea ſemel conſtituatis, publiceꝗ proponatis, quæ omnes ubiꝗ Chriſti fidem profeſſi ſequantur, teneant, credant. Nec enim fieri poteſt, ut aut alia ex re ulla maior exiſtat animorum diſiunctio, reiꝗ publicæ perturbatio, quàm ex ſententiarum quæ de religione habeantur, diſſidio: aut non libentiſſime omnes aſſentiantur ijs, quæ uos authore eo qui huic loco prę ſidet, ſanctiſſimo Dei ſpiritu, comprobaueritis. Deinde quum omnia fere Eccleſiæ mala & incommoda ex eo fonte profluxiſſe, multis uideantur, quòd omnium pene ordinum miniſtri Eccleſiæ ab illa priſcorum temporū ſanctitate & innocētia plurimum deflexerint, uix ut tenue eius ueſtigium iam appareat: etiam uos rogat & obteſtatur, ut uitæ morumꝗ in Eccleſiaſticis perſonis diſciplinam acerrima ſacrorum Canonum norma dirigatis. Ita enim fiet, ut hic ordo, qui prælucere cæteris & ad doctrinam, & ad uitæ exempla deberet, nunc autem maximo Reipublicæ malo, ob plurimas quorundam labes & maculas, uulgo eſt deſpectiſſimus, longo interuallo priſtinum ſuum ſplendorem dignitatemꝗ obtineat. Ex quo illud mox conſequetur, ut quum tanta iam eſſe cœperit in hoc ordine authoritas, quanta eſſe in moderatoribus magiſtriſꝗ uitæ debet, latius ſe fundat utilitas: ut quæ in peculiarem Dei populum, id eſt, eos quos propterea maiores noſtri clericos uocitarunt, priuatim ſanxeritis, eadem ualeant in omnes, nulluſꝗ iam toto in corpore Eccleſiæ neuus, labes nulla, nulla ruga, quę quidem ſponſum grauius queat offendere, relinquatur. Agite dum ergo excitamini ꝑ Deū immortalem aliquando Patres, & in cauſam tantam, tam grauem, tam neceſſariam totis pectoribus animiſꝗ incumbite: de doctrinis, de moribus ea ſtatuite ac decernite, quæ ſapientiſſimus ille huius moderator concilij ſpiritus, uobis ſuggeſſerit, quibus populus omnis chriſtianus, quaſi certiſſimis ab ipſo Deo editis oraculis libēs pareat. Ea certe ut in Gallijs totoꝗ Francorum imperio obſeruentur, Chriſtianiſſimus Rex pro ſua pietate curabit. Has ſibi ille partes depoſcit. Veſtrorum ille decretorum curam, patrocinium, propugnationem profitetur. In eam rem omnes Regiæ poteſtatis neruos intendent: gladij etiam, quem a Deo porrectum ad malorum (ut ſan- Rom.13.a
ctiſſimus ait Apoſtolus) uindictam, bono- 1.Pet.2.c
rum uero laudem geſtat, uim acíemꝗ (ſi ita opus ſit) experietur. Deniꝗ quum tanta eſſe conſtet Francorum Regum in Eccleſiam (& præcipue Romanam) merita, quibus maiores ueſtri, ſummiꝗ pontifices, quæ ampliſſima habuerunt præmia, ſemper tribuerint: a uobis hoc poſtulat, quod eſt profecto ęquiſſimum, ea ſibi ut præmia conſeruetis, neque quicquam omnino imminui aut mutari patiamini eorum, quorum in poſſeſſione cum ipſe ille, cuius ante memini, Ludouicus Pius

Caroli

Caroli Magni filius, tam alij deinceps Francorum Reges ſine ulla dubitatione aut controuerſia fuerint. Poſtremo, ut omnibus Galliarum Eccleſijs, quarum ipſe tutelam a maioribus relictam & commendatam habeat, ſua omnia iura, priuilegia, immunitates confirmetis. Hæc ſi feceritis, erit cur & gratias uobis quàm maximas uniuerſi ex Gallijs agamus, nec uos ita aut ſenſiſſe aut feciſſe unquam pœniteat.

ORATIO HABITA AD PATRES *Concilij Tridentini dominica prima quadrageſimæ anni. 1547. per Fratrem Georgium de ſancto Iacobo ordinis prædicatorum conuentus ſancti Dominici Olyſbonenſis.*

EXORDIVM.

TAnta eſt altitudo & ſublimitas myſteriorum regni Dei Reuerēdiſ. ac Illuſtriſ. Dñi, paſtores ouiū Chrī, patres optimi, tanta inquā eſt myſteriorū Dei ſublimitas, profunditas, & inſcrutabilitas, & ad ea intelligenda, tam humile & imbecille ingeniū noſtrum, tam hebes, tam obtuſum: ut Paulus apoſtolus, doctor gentium, uas electionis, qui uidit arcana Dei, & plus omnibus laborauit, fateri cogatur, nō eſſe nos ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra (inquit)
2. Cor. 3. ex Deo eſt. Et ueritate reuelante didicimus, illos mentis oculos eſſe beatos: qui digni ſunt
Luc. 10. uidere, quæ multi Reges iuſti & prophetæ uo
Matt. 13. luerunt uidere, & non uiderunt, audire, & nō
Luc. 8. audierunt, illos ſolos eſſe felices, quibus datū eſt, noſſe myſterium Regni Dei. Nam cæteris qui foris ſunt (inquit) omnia in parabolis fiūt, omnia in parabolis dicuntur, Videntes, non uident, Audientes, non audiunt, & loquētes, non intelligunt, nec quæ loquuntur, nec de
1. ad Th. 1 quibus affirmant. Potiſſimum ſi de tentationibus agatur, quas paucisſimi intelligunt, cū tamen omnes ubiq; tententur: & tunc maxi-
1. Cor. 2. me, quando ſe tentari minime arbitrantur. At animales homines (quorum infinitus eſt numerus) non percipiunt, quæ ſunt ſpiritus, nec poſſunt intelligere, quia ſpiritualiter examinantur. Ad hæc tanta eſt ueſtra dignitas, authoritas, & maieſtas eccleſiarum principes, q; in tanto ueſtro conſpectu dicere, doctisſimus quiſq; quantumuis ſufficientisſimus merito dubitaret, timeret, recuſaret, quanto magis is, qui omnium dicendi partium expers, de rebus grauisſimis dicturus, ſufficientiam nullam habet? quamobrem multiplici hoc iure, magis nunc quàm unquam, refugere nos oportet ad Deum optimum maximum, fontem luminis, patrem miſericordiarum, adeamus neceſſe eſt ad thronum gratiæ eius, ut precibus Virginis matris ſanctorumq; omni- Hebr. 4.
um, miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, ne de tentationibus audituri, audiendo, aut dicen Pſal. 45.
do tentemur. ipſe enim eſt refugium noſtrū Marc. 7.
& uirtus, adiutor in opportunitatibus in tri- Ioan. 3.
bulatione. qui ſurdos facit audire, & mutos Num. 20
loqui. Qui ſpiritus cum ſit, ubi uult, & quando uult, ſpirat, & facit ut uox ipſius audiatur, qui in deſerto ex dura & arida petra fluentes dulces aquas populo ſuo eduxit. qui deniq; quando beneplacitum eſt in oculis maieſtatis eius, diu ſteriles, aliquando tandem fœcundos facit. quia Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi reuelantur non ſolum facta &
uerba, ſed etiam cogitationes, uerum ut di- 1. Reg. 2.
cendi audiendiq; gratiam facilius impetremus, eccleſię quę repulſam neſcit, hymnidica utamur orone, cū ea dicētes, paucis mutatis.

Audi benigne conditor, nr̃as pces & gemitus, Hymnus
In ipſo mei officij fuſas nunc exordio. quadra-
Scrutator alme cordium, infirma tu ſcis uiriū. geſimæ.
Ad te conuerſo exhibe locutionis gratiam.
Multū quidē deficimus, ſuccurre cōfitētibus,
Ad laudem tui nominis, cōfer loq̄lā timidis.
Sic opus extra perfici, dona tuis per gratiam,
Ebibat ut mēs ſobria de fonte, pr̃ſu luminū.
Præſta beata trinitas, concede ſimplex unitas,
Vt fructuoſa ſint tuis hæc labiorū munera.
(Amen.

PRIMA PARS.

IN deſerto huius mūdi inuio, arido, & inaquoſo, in quo tot ſunt feræ, uenenatiq; ſerpentes, atq; dracones flatu adurentes, in Gene. 3.
quo filij Adæ non niſi in ſudore uultus ueſcuntur pane ſuo, & maledicta terra in opere ipſorum ſua ſpōte tribulos germinat, atq; pungētes ſpinas, nō modica pualuit eſuries fameſq; pgrandis. Propter quā filij Iſr̃l Dei terrā promisſiōis ſpiritus melle & lacte manantē patribus quidem promiſſam, a filijs autem poſſeſſam, frequēter egredi cogūtur: Aegyptumq; intrare, Exod. 1.
ope-

ut ſeruiant Pharaoni in operibus duris luti &
Luc. 15. lateris. Propter quam filius familias domum
patris egreſſus, conſumptis bonis hæredita-
tis paternæ, adhæret ciui regionis longinquę,
ut porcos paſcat, ecq; deueniat, quòd cupiens
implere uentrem de ſiliquis quas porci man-
ducant, nemo illi det. fames pergrandis, dura,
& moleſta nimis. Concupiſcentiam dico car-
nis oculorum, ac ſuperbiam uitæ, præter quæ
tria nihil eſſe in deſerto huius mundi ſcribit di
1. Ioan. 2. ſcipulus ille, quem diligebat Ieſus. Hac male-
dicta fame quam primum quis eſurit, ſtatim
accedit tentator, qui nullam unquam præter-
mittit occaſionē, ſiue enim cum Chriſto cor-
pus ieiunet, aut cum Adam animus concupi-
ſcat, ſiue ſpūs incipiat, aut caro deficiat, mox
adeſt, qui tentat, aut inde prouocatus propter
ſuam ipſius malitiam, aut hinc uocatus per
noſtram ipſorum inſipientiam. Sic ergo fame
ſcentibus nobis ſubito cum ſuis ex his quæ de
lectant ineſcatis hamis infernalis piſcator ac-
cedit, & ob eſcam creaturarum ita pro dolor
Sap. 14. capiuntur homines, ac ſi creaturæ Dei in odiū
factæ fuiſſent, & in tentationem animæ homi
num, & in muſcipulam pedibus inſipiētium.
hic enim eſt robuſtiſſimus ille hominum ue-
nator atq; piſcator, animabus ſemper inſidi-
ans, qui ſuos hamos, laqueos, & retia ubiq; lo
corū tendit atq; expandit, ut in medio laqueo
rum ambulantibus hominibus, cadant in re-
Gen. 3. tiacula eius peccatores, ſerpens antiquus, cal-
lidior cunctis animantibus terræ, qui ſua cal-
Matt. 12. liditate primos noſtros decepit parentes Spi-
ritus immundus, ambulans per loca arida &
inaquoſa, qui tanquā leo rugiens (inquit prin
ceps apoſtolorum) circuit, quærens quē uiuū
deuoret, Viuos eni chriſtianos filios Dei quę-
rit, qui in mortuis Iudæis ac paganis requiem
non inuenit, hic denique eſt dementator ani-
marum, hominum incantator, incantans nō
ſapienter, qui toto malignitatis ſpiritu demen
tare, incantare decipere, & ut perdat, illaquea
re non ceſſat, Cuius dementationes, incanta-
tiones, laqueos, & deceptiones ſolus ille dere
Ioan. 1. gere potuit, qui plenus gratiæ & ueritatis, ſo-
Coloſſ. 2. lus eſt lux uera, illuminās omnem hominem
Eſai. 7. uenientem in hunc mūdum. In quo ſolo ſunt
1. Ioan. 3. omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei, ut
Matt. 4. ſciat reprobare malum, & eligere bonū. Qui
Luce. 2. in hoc natus eſt, ad hoc uenit, & in hoc appa-
&. 3. ruit, ut diſſoluat opera diaboli. Qui etiā pro-
pterea hodie ductus a ſpiritu in deſertum ut
tentatus a Diabolo omnes ipſius diſſolueret
laqueos & tentatiōes. Quatenus qui propter
nos homo factus, pro noſtro exemplo circun

ciſus & baptizatus fuerat, ſua quoq; tentatio-
ne nos erudiret, qui pro noſtra ſalute moritu-
rus erat. Vt prius nos doceret ignitorum ſer- *Num. 21.*
pentum uitare morſus & uulnera, qui poſtea *Ioan 3.*
(ut æneus ſerpens olim) in cruce exaltandus *Matt. 26*
erat, ut percuſſi a ſerpentibus non perirēt, ſed *Exo. 17.*
aſpicientes in eum, haberent uitam æternam. *Ioan. 13.*
Quo etiam tempore ſuos docturus erat uigi-
landum & orandum eſſe, ne intretur in tenta-
tionem. Quando quidē in deſerto huius mun
di quandiu orando ad Deum, eleuatas ma-
nus habemus, uincimus Amalech, ſin minus,
ab eo ſuperamur. Itaque noſter dominus &
magiſter (eſt etenim) hodie exēplum dat no-
bis, ut quemadmodum in tentationibus ipſe
fecit, ita & nos faciamus. Et ſicut aquila pro- *Deut. 32.*
uocans ad uolandum pullos ſuos, & ān eos *pſal. 90.*
uolitans, hodie docet ſuos fideles ambulare *pſal. 59.*
ſuper aſpidem & baſiliſcum, conculcare leo- *& 103.*
nem & draconem. Docet fugere a facie arcus,
ut liberentur electi, illudentes illi magno dra-
coni, qui formatus eſt ad illudendum ei. Do- *Marc. 16.*
cet ex tribulis & ſpinis dulces nutrientes uuas
& ficus colligere. Quaſi ex pungentibus ten-
tationum ſpinis floridas uictoriæ coronas ſi-
bi comparare. Docet deniq; ita mortiferas dia
boli bibere tentationes, ut earum letale uene
num credentibus tentatis non noceat. Et in
primis ne in ſolo pane uicturos ſe ſe exiſtimā-
tes homines, uelint rerū mutationes fieri pro-
pter famem & uētrem, quoniam miracula ſeu
communium legum diſpenſationes nō pro-
pter eſcam & uentrem, qui deſtruentur, non
propter carnem & ſanguinem qui cum matre *1 Cor. 6.*
& filijs Zebedei neſciunt, quid petūt, ſed pro- *Matt. 20*
pter ſuperioris ordinis bonum, utilitatem ſci-
licet animarum & gloriam dei ſunt facienda.
Tametſi dominus hic etiā aliud docere in-
telligere poſſimus. Nempe ne homines præ-
textu alicuius famis ſeu paſſiōis (quod in cō-
tinentiū ſeu fragilium eſt) duros uitiorum la-
pides, a tentatore quidem oſtenſos, per neceſ-
ſitatem autem aut commoditatem aliquam
ueluti in panes conuerſos, deglutire uelint, id
quod faciunt illi, qui decimantes mentam, ru
tam, & omne olus, prætermittentes interim
quæ grauiora ſunt legis, iudicium, fidem, cha
ritatem, & miſericordiam, excolantes culicē,
camelum deglutiunt Deinde exiſtētes in tem *Luce. 11.*
plo Dei quippe qui ex altario uiuunt, quia al- *&.*
tario deſeruiunt, potiſſimum cum ſupra pin- *Matt. 23.*
naculum ſunt templi, docet cœleſtis diſcipli-
næ & ſecuritatis magiſter, ne decepti a diabo
lo (quod ad ignorantes pertinet) Perſuaſi tex-
tibus male citatis, & diſtorte intellectis, aut
diſpen-

diſpenſationibus cauſas & ſufficiētiam (quas non habent) ſupplentibus ſe præcipitent, ut conterantur, illorum ſequentes opinionem, qui non diiudicantes ius diuinum ab humano, præcepta diuina, humana, diſpenſatores, dominos arbitrantur. Qui pro comperto habentes perſonalibus obligationibus per alios poſſe fieri ſatis, quaſi per ſubſtitutos liceret ingredi cœlum, & poſsidere: Non diſtinguentes inter fidelem diſpenſationem & crudelem diſſipationem, putant licere iure poli quicquid licitum eſt & permittitur iure fori. Vocitantes nihilominus unionem ad uitam, etiam eam, quæ irrationabilis eſt, & uere diſſolutio ad mortem. Quorū damnatio iuſta eſt, qui propterea ita abſurde opinantur, quia in eadem damnatione ſunt. De qualibus ſcribit Hiere. propheta quomodo dicitis ſapientes nos ſumus, & lex domini nobiſcum eſt? Vere mendacium operatus eſt mendax, ſtilus ſcribarū. Et Eſa. popule meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. In monte demum conſtitutos quos ſcilicet natura ipſa, probitas, res bene geſta aut certe humana induſtria in ſublimitate conſtituit (qui quanto in loco ſuperiori, tanto in periculo maiori uerſantur) ſuo exemplo admonet is, cuius omnis actio noſtra eſt inſtructio, ut ſumma uigilātia maximoq́ zelo diuino ſtudeant honori: Dæmonio meridiano cum rigore reſiſtant. Aperte tentationi uiriliter repugnent. Maxime Chriſti domini, ſacerdotes Dei altiſsimi, eccleſiarum prælati, quos Sathanas frequentius tentat, turpius, apertius, & uehementius, Vt legem contemnendo (quod malitiæ foret) in aliorum ſcandalum & ſuam perditionem cadant, & Sathanam adorent, prætextu uidelicet gloriæ regnorum mundi, quæ Sathanas ipſe in alto eleuatis, principibus, ſacerdotibus, epiſcopis, & prælatis, & callidiſsime mathematice oſtēdit, & ut mendaciſsimus eſt, mendaciſsime promittit, ut ſaltem per mendacia & mathematicas promiſsiones, per ſtultas & ſomniatas ambitiones columnas Eccleſiæ in multorum perniciē cadere faciat (quæ eſt ipſius gloria.) Nam qui uolunt diuites fieri (inquit apoſtolus Paulus) incidūt in tentationē & laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem Radix enim omnium malorum eſt cupiditas, quam quidē appetentes, erraue runt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Nihil, amiſſa fide ſibi retinentes, quod prætereà poſsint amittere. Deniq; ſpecioſus forma præ filijs hominum in cuius labijs, piæ

Hiere. 8.

Eſai 3.

Aug'uſt. in regula

1. ad th. 6

pſal. 44.

conſortibus ſuis, diffuſa eſt gratia. Hodie primo accingit gladium ſuum ſuper femur ſuum potentiſsime. Et in ore gladij omnes inimici laqueos & tentationes præſcindens præſcindendosq́ docens, in gladio ſpiritus quod eſt uerbū Dei, & ſpiritu oris ſui, uicit principem huius mundi, poſt pauca foras eijciendum. Vt merito de iudicio arguendus ſit, omnis qui poſthac principi tenebrarum ceſſerit, illiq́ ſeruierit, qui iam iudicatus, uictus, & ſuperatus, foras eiectus eſt. *Ephe. 6.* *Ioan. 12.* *Ioan. 16.*

Supereſt ut obiter & in tranſcurſu grauiora nocumenta referamus, quæ per ſuas tentationes populo Chriſtiano intulit draco hic flatu adurens. Et cum breuitate de eorum remedijs agamus, quę a dominatiōibus ueſtris efflagitamus omnes. Si tamen (quod in principio non in medio facere debui) prius precatus fuero Reuerēd. ac Illuſt. dn̄atiōes ueſtras, ut ueſtro more, & pro ueſtra in omnes ſolita humanitate, me quoq; (licet indignum) benigne audientes, ea quæ dixi, & dicturus ſum æqui boniq; conſulatis.

SECVNDA PARS.

EXPLORATA res eſt, autenticis hiſtorijs ac rerum monumentis facta conſpicua, et nobis tam comperta utinam non fuiſſet, Populum chriſtianum, qui (iuxta Eſaiæ uaticinium) olim ſedebat in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta, probans quæ eſt uoluntas Dei bona bene placēs & perfecta, iam ab annis multis ob draconis tentationes cœpiſſe deſcendere a Hieruſalem in Iericho, cœpiſſe declinare ab ea in qua erat, pacis uiſione, ut appropinquaret Iericho, quę luna interpretatur, ut. ſ. lunæ appropinquans, ut luna decreſcere poſſet, minui, & obſcurari. Et quod magis in admirationem adducit, eo amplius (ut luna) decreſcit & obſcuratur. Populus chriſtianus, quo magis accedit & appropinquat ſoli iuſtitiæ ad iudicium uēturo quæ res ſi admodum (ut incœpit) procedat, ipſius ſolis iuſtitiæ eclipſim propediem nobis futurā, merito formidare debemus, & in foribus eſſe eam quam Paulus ſcripſit futuram, generalem diſceſsionem, Vt reueletur homo ille peccati filius pditiōis, q aduerſatur, & ex tollitur ſupra oē qd dicitur Deus. Maxime quia iā ſeneſcente ac delirante mūdo, nimiū aduesperaſcit, n mium inclinata eſt dies, longæq́ umbræ. Et quaſi non maximum malum fuiſſet, a patribus ſuis degeneraſſe populum Chriſtianum, & non eſſet durum & amarum ual- *Eſaie. 32.* *Roma. 12* *Luc. 10.* *2. The. 2.*

deuel

de uel parum recesſiſſe eum a deo ſuo, aſtutia & tentationibus draconis præterea factū eſt, ut etiam incideret in latrones, homines cupidos, crudeles, famelicos, inſatiabiles, imperſuaſibiles, inexorabiles, graues ſcilicet magiſtratus, impios principes, & infideles prælatos. Nec tamen de bonis loquor, cum graues, impios, aut infideles nomino, ſed eos intelligo, qui non diſpenſatores, ut re uera ſunt, domino ſuo ſtrictam redditurí rationem, ſed abſolutos dominos ſe eſſe falſo ſtatuentes, tanquam lupi famelici, & leones parati ad prædam, irruerunt in populum Domini, in dominicas oues, qui eius diuitijs, obſequijs, lacte et lana non contenti, etiam deſpoliauerūt eum ueſtibus ſuis pretioſis, illis prælatis, doctoribus, ſacerdotibus, & religioſis eum priuando, quibus (ut ueſtibus gloriæ ſuæ) olim protegebatur populus domini, effectus decorus totusque glorioſus. Quādoquidem huius rei cauſa diligentisſime curauit, ſicut & curat ſathanas, ut prælaturæ dignitates, pinguia ſacerdotia, maiora officia conferantur non dignis, non doctis, non probis, non denique expertis ſenibus ac zeloſis, ſed econtra indignis, indoctis, diſcolis, & etiam pueris, ut ob illorū quidem abſentiam, horū autem corruptos mores & inſolentiam facile posſint abuſus introduci, & abuſibus magnis populus uulnerari. magnis ergo abuſuum plagis impoſitis. & ob amiſſas tot prouincias, & tam debilitatam fidem, ſemiuiuo relicto populo chriſtiano, abierunt noſtri latrones. utique cum latrone Iuda, & cum eis qui deuorantes plebem Dei ut cibum panis, nolentesque intelligere ut bene age-
pſal. 52. rent, dixerunt Deo: recede a nobis, ſcientiam
Iob. 21. uiarum tuarum nolumus. Cum autem ſic diſpoliatus, uulneratus, ſemimortuus, ānis multis hactenus iacuiſſet populus Domini, quo magis incantantis draconis appareret dementationes: deſcendit ſacerdos, deſcendit leuita, illi uidelicet, quorum erat, afflicto compati et mederi, & (nequam ob rei ignorantiam poſſent adferre excuſationem) uiſo eo, uiſo inquā uulnerato, uiſo ſemimortuo, præterierūt, nullo adhibito remedio, nulla habita cōpasſione. præterierunt inquam, & abierunt alius in uillam ſuam, alius uero ad negociationē ſuā, ut tandem peruenirent omnes in locū ſuum,
att. 22. ubi nunc iudicium ſine miſericordia fit illis, quia hic non fecerunt miſericordiam. Populus autem uulneratus uiſa illorum quidē tanta cupiditate, ſæuitia, & crudelitate, horū autem tam magna negligentia, duritia, & inhumanitate, quo ad magnam ſui partē, pro dolor incidit in phreneſim ac furorem. Et phreneticorum ac furentium more, omnia fidei noſtræ chriſtianæ ac religionis myſteria, conculcare, blaſphemare, negare, denudare & prophanare cœperunt, diuiniſſima Chriſti ſacramenta, Apoſtolorum traditiones, ſanctas eccleſiæ ceremonias, ſacrorum conciliorū decreta, ſummorum pontificum & epiſcoporū authoritatem, patrum præcepta, maiorū admonitiones, opera pœnitentiæ, uitam regularem, merita, denique omnia bona, præter unam neſcio quam temerariam, confictamque fiduciam, patribus quidem inuiſam, ſomniatam autem ab uno miſero Martino Luthero, qui
uelut alter Hieroboā peccare fecit Iſrael Dei, Eccle. 47.
& germanicam ſtrenuamque decipit gentem 3. Reg. 14
alioqui ad bonum ualde propenſam, & Lutheri erroribus certe indignisſimam. Samaritanus uero cuſtos ſolus noſtros miſeratos errores, ſolus laborem & dolorem conſiderās, qui niſi cuſtodierit ciuitatem fruſtra uigilant cuſtodes, qui non dormitat nec dormit, cuſtodiens Iſrael ſuum, nouisſime diebus iſtis ui
dens uidit afflictionem populi ſui, & gemitū pſal. 126.
eius audiuit. uidit uulnera, uidit nuditatē, & 120.
uidens miſericordia motus eſt. Et mirificans miſericordias ſuas, appropians alligauit uulnera eius, ſpem ſalutis conferendo, fundens oleum & uinum: ſic uſus miſericordia, quòd iuſtitiæ (ut uidimus) non fuit oblitus. Et propter ſemetipſum & propter merita pasſionis ſuæ (quod eſt imponere ſauciatum ſuper iumentum ſuum) duxit in ſtabulum ſeu diuerſoriū, præter hominū merita, ſpem, & opinionē duxit in cōciliū, qd diuerſoriū & infirmitoriū eſt, ad quod ſolitus eſt dñs ducere populū ſuū, quoties ei cōpaſſus, uulnera ipſius ſanare uoluit, curam illius agens. Quandoquidem
per concilia tanquam per ultimam medicinā, Exod. 3.
& poſtremum remediū, maxima quæque uulnera populi chriſtiani ſanata fuiſſe, & legimus, & audimus: curatas calamitates maximas, extincta ſumma incendia Itaque ſpes ſalutis data eſt, populi chriſtiani alligata ſunt uulnera nō ſanata, ſanationis enim gloria uobis patres reſeruata eſt. ad quam tam magnam, immo uero maximam gloriā, multi quidē ſunt
uocati, ex multis autem uos pauci electi. gau Matt. 20.
dete & exultate quia per uos paucos ſalus hæc tam magna, tam neceſſaria, tā deſiderata populo tam uulnerato, conferenda eſt. Nec. n.
differentia eſt in conſpectu Dei cœli liberare 1. Mac. 3.
in multis & in paucis, quoniam non in multitudine exercitus uictoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. Ita non in multis medicis ſalus

eſt populi ægroti,ſed Domini eſt ſalus, ut ſit
pſal.3. ſuper populum ſuum benedictio ſua.ipſe eni
eſt qui medetur, & per uos paucos manus ei'
ſanabunt,dummõ Samaritani præcepta ſer-
uare uelitis & monita,pro ſalute populi expẽ
dendo duos huius rei graria ſuſceptos dena-
rios,duplici(quam habetis)diffiniẽdi dogma
ta reformandiq; mores utẽtes poteſtate. Niſi
forte Samaritani præceptis ſurdos uos exhi-
bentes, & tanta corona uos iudicantes indi-
gnos,rei(quæ omnino facienda eſt)gloriam,
ad alios transferre negligendo curetis. quaſi
pretioſos oblatos theſauros per ignauiam ac
cipere recuſantes. Attamen hortamur uos,in-
1. Cor.6. quit apoſtolus Paulus in epiſtola hodierna,
ne in uacuum gratiam dei recipiatis.ait enim
tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis
adiuui te. ecce nunc tempus acceptabile Pa-
tres,ecce nũc dies ſalutis. nemini dantes ullã
offenſionem negligentiæ,ſocordiæ aut timi-
ditatis,ne dicam ſummæ potius crudelitatis.
Ne uituperetur tam magnum miniſteriũ ue-
ſtrum,tam excellens,tam præclarum.ſi enim
uos qui populi Chriſtiani patres & conſola-
tores eſtis,eius uicem non doletis,ipſius non
miſeremini,quis alius uicem ipſius dolens,mi
ſerebitur eius?ſi modo & hic non, quãdo hic
miſerendi gratia conueniſtis omnes, ubi &
quando ergo?ſiquidem nunc tempus eſt ac-
ceptabile,nunc dies eſt ſalutis,hic & nunc lo-
cus & tempus eſt miſerendi eius.tempus pu-
tationis aduenit,uox turturis audita eſt in ter
Canti.2. ra noſtra. gemebunda uox afflictæ eccleſiæ
matris ueſtræ,ad cœlum uſq; perueniens,au-
diri debet in auribus ueſtris, peruenire ad cor
ueſtrum,potiſſimum nunc, quando ſpecies
datur ſalutis,quando populi Chriſtiani alli-
gata ſunt uulnera, quando principes noſtri
inſperatas conſequuntur uictorias, & in pro-
ximo eſt,ut ad gregem redeant hactenus de-
Matt.5. ceptæ erranteſq; oues. Quando infideliũ po-
pulorum & regum apud Indos nouas ad fi-
Gene.6. dem audimus conuerſiones. Quando deniq;
pſal.37. omnia uobis arridere uidetur: uos enim eſtis
non ſolum lux mundi propter doctrinam &
dogmata, ſed etiam ſal terræ propter refor-
mandos hominum abuſus,tollendaſq; morũ
corruptiones.omnis quippe caro corrupit uiã
ſuam.corruptæq; ſunt cicatrices a facie inſipi-
entiæ noſtræ. quòd ſi ab ordine literæ ſume-
re argumentũ licet,prius eſtis ſal terræ,quàm
ſitis lux mundi.ait enim uos eſtis ſal terrę,de-
inde paucis interpoſitis, ſubiungit uos eſtis
lux mundi.ſi ergo per fidei doctrinam uultis
eſſe lux mundi,ſi ad iuſtitiam plurimos erudi

re,ſi tanquam ſtellæ lucere in perpetuas ęter-
nitates,ne lapides clament,eſtote eriã ſal terrę Dani.12.
eſtote morum reformatores, & ſic luceat lux
ueſtra coram hominibus, ut audita doctrina
uidentes opera & reformationem ueſtrã bo- Matt.5.
nam,glorificent patrem ueſtrum,qui in cœlis
eſt,memores quòd accenſa lucerna non in ab
ſcõdito ponitur,nec ſub modio.ardenſq; can
dela niſi inflãmata luceat,fumans fœtet, atq;
uehementer moleſtat,& ſi ſal infatuatum fue Ibidem.
rit ſaliendiq; uirtutem amiſerit ad nihilũ ualet
ultra,niſi ut mittatur foras, & cõculcetur ab Ibidem.
hominibus:memores quòd ficui illi ſecus uiã
exiſtenti, quæ eſurienti domino folia tantum
non fructum protulit,dictum fuerit, nunquã Matt.21
ex te fructus naſcatur in ſempiternum: quæ Marc.11.
(ut Marcus refert)propterea areſacta eſt a ra-
dicibus,denique qui in uno peccauerit,factus
erit omnium(quanto magis duorum)reus. Iac.2.
ubi ergo neceſſitas eſt ſalutis, tempus eſt ac-
ceptabile,miſericors & miſerator dominus ex-
audire & adiuuare pollicetur,nemo puſilli a- Luc.19.et
nimo ductus,talentum ſibi creditum in ſuda Matt.25.
rio reponat,aut in terra fodiens,ipſum abſcõ- Roma.1.
dat, ne ex ſuo ipſius ore ſeruus nequam inſi-
delis a domino iudicetur, nemo ueritatẽ Dei
in iniuſtitia detineat,ne inexcuſabilis ſit, ob-
ſcureturq; inſipiens cor eius, atq; tradatur in
reprobum ſenſum. Nemo deniq; miſericordi- Ex pſ.39.
am Dei abſcondat a concilio multo, ab eccle
ſia magna,ne abſcondantur ab eo miſeratio
nes diuinæ, circundent eum mala quorũ nõ
eſt numerus, comprehendatur ab iniquitati-
bus ſuis, & non poſſit ut uideat, multiplicen- 1. Cor.4.
tur ſuper capillos capitis eius, & derelinqua- Luc.2.
tur a corde ſuo. Siquidẽ omne generale con-
cilium ſpectaculum factum eſt mundo ange
lis,& hominibus. Poſitum eſt in ſignum cui
contradicitur,ut reuelentur ex multis cordi-
bus cogitationes,ut qui probati ſunt,manife
ſti fiant. Poſitum eſt in ruinam & in reſurre-
ctionem multorum in Iſrael dei. date operã
patres,ut in reſurrectionem nõ in ruinam po
ſiti ſitis. non obdurantes corda ueſtra, ſicut
in exacerbationem ſecundum diem tentatio
nis in deſerto,ubi tentauerunt eum patres ue pſal.94.
ſtri,ut probarent & uiderent opera & terribi-
les eius punitiones,quibus ideo iurauit in ira
non intraturos eos in requiem ſuam. ponen-
tes interim in cordibus ueſtris de manu ue-
ſtra requirendas eſſe omnes quæ poſthac(ob
remedij defectum)perierunt animæ, dicente
Ezechiele de manu ſpeculatorum requiren-
dos eſſe pereuntes. quid profuit malis agrico Ezech.33
lis debitos uineæ fructus non reddere in tem-
pore

Matt.21. pore ipſo, atq; ad habendum hæreditatẽ (quã propterea amiſerunt) coniuraſſe, in dominum uineæ niſi ut ex ſua ipſorũ ſententia male pere derentur, & uinea alijs locaretur agricolis, qui redderent fructus temporibus ſuis? parũ pro-
4.Reg.9. fuit Iehu regi Iſrael ex mandato domini abſtuliſſe cultum Baal, ſacerdotesq; eius occidiſſe, atque deleſſe impiam domum infidelis Acab, qui uenditus fuerat ut faceret malum, dimiſſis interim uitulis aureis, quos maiores natu, principes populi & ipſe adorabant, & regi Ioas eius nepoti ac ſucceſſori uehemẽter
4.Reg.13 iraſcitur moriturus propheta domini, currus Iſrael & auriga eius, eo quòd iuſſus in uerbo domini ſagittis percutere terram, percuſſerit tantum ter, atque ſtetiſſe, quoniam ſi percuſſiſſet quinquies autem ſepties, deuaſtaſſet Syriam. Ita nunc patres non admodum multũ prodeſſet, quaſi tantum ter ſagittis ueſtris terram percutientes, damnaſſe cunctas hæreſes, errores omnes, ſi tamen (quod abſit, quod Deus omnem auertat) remanere contingat abuſus maximos, quos nemo non uidet, qui ſunt huius temporis uituli aurei quos uiri eccleſiaſtici, maiores populi, ne dicam eccleſiæ principes adorãt in malum ſuum & eccleſiæ ſcãdalum, cum certiſſimum ſit, huius infelicis temporis errores propter abuſus ortos fuiſſe, propter abuſus ſumpſiſſe incremẽtum, & propter abuſus pene in tota eccleſia diſſeminatos eſſe. Et niſi abuſus tollantur, uix ceſſabunt, quæ per ueſtram diffinitionem damnatę ſunt, & damnabuntur hæreſes, immo ut uero ſimile eſt (dracone id efficiente) alij naſcentur errores, multo plures atq; peiores. Si ergo fidei Chriſtianæ zelus uos comedit, ſi populi deſpoliati, uulnerati, & ſemimortui uicem doletis, ſi eccleſiaſticæ authoritati maxime conſultum eſſe uultis, & deniq; ueſtro officio non deeſſe, uni nunc reformationi uacate, uni reformationi incumbite, & ſaltem ſero ægrotis medicinam parate: nam mala per longas conualuere moras, nunquid.n. unã tantũ benedictionem habetis patres, ut de dogmatibus tam diligenter agentes, de moribus aut parum aut nihil agatis? non cõtentemini una benedictione patres, non contentemini ſola doctrina, non contentemini ſolis dogmatibus. nos enim non contentabimur, & ab hac lucta non ceſſabimus, & uos hinc non dimittemini quouſq; per reformationem nobis benedicatis. quid enim prodeſt homini (ait ca-
Diſtin.83 c.quid. non) recte docere, & ſuo errore non pollui, q
c. errant. conſenſum præbet erranti? erranti quippe cõſentit, qui (ad reſecanda quæ corrigi debent, non occurrit. Nam error cui non reſiſtitur, approbatur, & ueritas quæ minime defenſatur, opprimitur. Negligere quippe, cum poſſis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt, quam fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę q manifeſto facinori deſinit obuiare, & ut decretalis habet, licet Hely ſummus ſacerdos in ſe bonus exiſteret, quia tamẽ filiorũ exceſſus efficaciter nõ corripuit, & in ſe, & in ipſis animaduerſionis diuinæ uindictam excepit, dum filijs in bello peremptis, ipſe de ſella corruens, fractis ceruicibus expirauit. Eia ergo agite nunc patres, & iam reformãdis corruptis moribus accingemini, ac cingemini inquam, & eſtote uiri potentes, quoniam melius uobis eẽ mori in hoc ſancto bello, quàm ueſtra culpa uidere tot mala gentis noſtræ & ſanctorũ, ſicut ſcitis uoluntatem eſſe in cœlis, ita facite: incipientes uidelicet a ſanctuario Dei, a quo ſicut olim uita & omnia bona, ita nũc mors & mala cuncta procedunt. Conſecrate manus ueſtras Deo, percutite ſepties, ut deuaſtetis excelſam inimicam Syriam, non timeatis, qui domini ſunt, iuſti ſunt uobis. quod ſi timendũ eſt, & propter infirmitatem carnis ueſtræ timere oportet, timete illum qui terribilis eſt in conſilijs ſuper filios hominum: illum timete, qui poſtquam occiderit, poteſtatẽ habet mittere in gehennam. timete Dominũ, qa timor Domini ipſe eſt theſaurus eius, eſt fons uiuæ, & a peccato & a morte liberat. Sed iam dicendi finem faciamus. ſi tamen pro ratione temporis & loci, prius admonuero paucis dominationes ueſtras, ut meos obſeruandiſſimos patres, Reuerendiſſimos dominos.

c.conſcientiæ. *c.licet holy. de ſimo.* *1.Mac.3.* *Ezech.9.* *Exod 32.* *pſal. 65.* *Luc.12.* *Eſa.33.* *Prou.14.*

O paſtores dominici gregis, uineæ Domini ſabaoth cultores, Populi Chriſtiani patres & medici, belli domini duces ac bellatores. grande opus incepiſtis, quod perficiẽtes, grandem accepturi eſtis coronam. non relinquatis hoſtes a tergo, non relinquatis incurata uulnera, nõ relinquatis imperfectum opus, ſic pugnate cum antiquo ſerpente ut eo proſtrato & ipſius deſtructis munitionibus, accipiatis regnum æternum, ſic nobis ægrotantibus, gementibus, & auxilium ueſtrum implorantibus medelam adhibite, ut uulnera noſtra curentur, ſic deniq; currite, ut comprehendatis. currite inquam, non quaſi in incertũ pugnate, non quaſi aerem uerberantes. Vulnera ſanate, non quaſi ſuper ſanantes, ſæuiente nunc plaga, murum uos opponite pro domo Iſrael atque tanquam naturales legitimiq; patres uicem dolere pereuntium filiorum. Vineam domini Sabaoth uobis creditam diſſipatam, ex- *1. Cor. 9.* *Ezech 13 Zach. 11.*

terminatam, ſanctiſsimis legibus ſepite, uallate, murate. errantes reducite oues, nō derelinquentes gregem, ut paſtores idolum. nolite tot ac tantorum laborum amittere præmiū, nolite ponere maculam in gloria ueſtra, nolite cum Iuda abire retrorſum, tam magnam gloriæ amittentes coronam. Seminate dum tempus habetis, ſuo enim tempore metetis non deficientes, labor enim ueſter non erit inanis, eritq́ merces operi ueſtro, quando Samaritanus (qui uobis curandum populū credidit) redierit, quando menſuram bonam, & confertam, & cogitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum ueſtrum. quando uobis paſtoribus, uobis inquam paſtoribus dicturus eſt ipſe princeps paſtorum. Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpoſitum habeo uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Tunc, quando dixerit ſpiritus ut requieſcatis a laboribus ueſtris, quando abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum, ut non ſit amplius nec labor, nec luctus, nec timor, ſed nec ullus dolor. Tunc cōſummata omni tentatione, non dico accedent angeli ad miniſtrandum uobis. quinimmo accedet ipſe dominus Angelorum, & tranſiens miniſtrabit uobis regnum. quod nobis miniſtrare dignetur ipſe, cui hodie angeli miniſtrant. qui hodie de hoſte triumphat, & de eo triumphare nos docet. qui militiæ noſtræ, laborumq́ noſtrorum fidelis eſt Deus retributor benedictus, & laudabilis, & glorioſus in ſecula. Amē. DIXI.

Luc. 6. *Luc. 22.* *Apoc. 14.* *Apoc. 21.* *Luc. 4.* *Luc. 12.*

NOMINA, COGNOMINA, TITVLI
Dignitates, Prouinciæ, & gradus in Sacroſancta Synodo Tridentina exiſtentium.

Reuerendiſsimi Cardinales.

Ioannes Maria de Monte, Epiſcopus Praeneſtinenſis, Aretinus.

Marcellus Ceruinus, TT. Sanctæ Crucis in Hieruſalem, Florentinus.

Reginaldus Polus, Sanctæ Mariæ in Coſmedin, Anglicus.

Legati ad Concilium.

Chriſtophorus Madrucius ſancti Cæſarij Tridē.

Petrus Pacechus, tt. S. N. Gienen. Hiſpanus.

Archiepiſcopi.

Antonius Filioli Matiſconen. Archiepiſcopus Aquen Gallus.

Saluator Aēpus Archiepiſcopus Turridanen.
Sardus.

Ioannes Michael Sarracenus, Archiepiſcopus Materanen. Neapolitanus.

Olaus Magnus Archiēpſ Vpſalen. Gothus.

Petrus de Caſtaneā, Archiepiſcopus Panormitanus, Siculus.

Robertus Venautius cæcus, Archiepiſcopus Armachan. Scotus.

Epiſcopi.

Marcus Vrgerius Epiſcopus Senogalliæ, Saonenſis.

Philibertus Ferrerius Epiſcopus Hipporegien. Pedemontanus.

Ioannes Tho. Semphelius Epiſcopus Cauenſis, Neapolitanus

Thomas Campegius Epiſcopus Peltren. Bononienſis.

Catalanus Triultius Epiſcopus Placentinenſis, Mediolanenſis.

Leo Vrſinus Epiſcopus Foroliuien. Romanus.

Alexander de Piccolominibus, Epiſcopus Pientinenſis, Senenſis.

Gulielmus de Prato, Epiſcopus Claramontenſis, Gallus.

Brachius Martelli, Epiſcopus Feſulanus, Florentinus

Henricus Leofredus, Epiſcopus Caputaquenſis, Neapolitanus.

Eliſeus Theodinus, Epiſcopus Soran. Arpinas.

Coriolanus Martyranus, Epiſcopus ſancti Marci, Calaber.

Iacobus Corteſius, Epiſcopus Vaſionenſis, Florentinus.

Angelus Paſchalis, Epiſcopus Motulenſis, Illyricus.

Ioannes Fonſeca, Epiſcopus Caſtellimaris, Hiſpanus.

Petrus Bertanus, Epiſcopus Fanen. Mutinen.

Vincentius de Durantibus, Epiſcopus Termularum, Brixienſis.

Claudius de Ghize, Epūs Agathenſis, Gallus.

Ioannes Salazar, Epiſcopus Lanzianenſis, Hiſpanus.

Hieronymus de Bononia, Epiſcopus Syracuſanus, Siculus.

Aegidius Falcetta, Epiſcopus Crapulan. Marchianus.

Ricardus Epiſcopus Vuigornien. Anglus.

Cornelius de Muſis, Epiſcopus Bitontin. Placentin. 1000 *

Marcus Malipetrus, Epiſcopus Corſulā. Venetus.

Iacobus Iacomellus, Epiſcopus Bellicaſtrenſis, Romanus.

Franciſcus de Nauarra, Epiſcopus Pacen. Hiſpanus.

Didachus de Alaua, Epiſcopus Aſtoricenſis, Hiſpanus

Thomas Cacellus, Epiſcopus Britonorienſis, Calaber.

Galeatius Florementius, Epiſcopus Aquinas, Neapolitanus.

Iacobus Anacletus, Epiſcopus Clodienſis, Florentinus.

Victor Sorantius, Epiſcopus Bergomenſis, Venetus.

Antonius de Cruce, Epiſcopus Carnarienſis, Hiſpanus.

ABBATES.

Lucianus Mantuanus, | *Iſidorus Brixienſis,* | *Chryſoſtomus Neapol.* — *Congregat. Caſſinenſis Ordinis ſancti Benedicti.*

Generales & doctores Ordinum.

Ordinis Prædicatorum.

Dominicus Soto, Locumtenens, Hiſpanus.
Ambroſius Catharinus, Senenſis.
Bartholomæus Miranda, Hiſpanus.
Hieronymus Portugallenſis.
Ioannes de Vtino.
Marcus Calaber.
Aloiſius de Cathania.

Ordinis Minorum de obſeruantia.

Ioannes Caluus, Generalis, Corſus.
Vincentius Lunellus, Hiſpanus.
Alphonſus de Caſtro, Hiſpanus.
Andreas de Vega, Hiſpanus.
Ricardus Cenomanus, Gallus.
Ioannes Concilij, Gallus.
Hieronymus Lombardellus, Veronenſis.
Baptiſta Caſtillio, Mediolanenſis.

Ordinis Minorum Conuentualium.

Bonauentura Pius, Generalis, Vrbinas.
Petrus Paulus Picentinus.
Ioannes de Corregio.
Franciſcus Ferrarienſis.
Sigiſmundus de Ruta.
Hieronymus Birellus, Brixienſis.
Franciſcus de Vita, Siculus,

Ordinis ſancti Auguſtini

Hieronymus Seripandus, Generalis Neapolitanus.
Gregorius Patauinus.
Aurelius Patauinus.
Gaſpar Syracuſanus.
Paulus Senenſis.

Ordinis Carmelitarum.

Nicolaus Andetus, Generalis, Cyprius.
Antonius Marinarius, Appulus.
Pontius Polstius ✱ Semonenſis.
Martinus Caſtella Romandiolus.
Stephanus Panormitanus.
Vincentius Panormitanus.

for ✱ ſenonenſis.

Ordinis Seruorum.

Auguſtinus Generalis, Aretinenſis.
Laurentius de Caſtro.

Doctores Seculares,

Do. Sebaſtianus Pighinus Auditor Rotæ, et Secretarius notorum Patrum, Regienſis.

Vgo Boncompagnus Abbreuiator de maiori, Bononienſis.

Hercules Seuerolus, Procurator Concilij, Fauentinus.

Achilles de Graſſis, Bononienſis.
Ioannes Murellus Hiſpanus.
Bergas, Hiſpanus.
Petrus de Belaſco, Hiſpanus.
Quintana, Hiſpanus.
Alphonſus Zorilla, Hiſpanus.
Morilla, Hiſpanus.
Franciſcus Herera, Hiſpanus.
Claudius Teatinenſis. Sabaudus.

Officiales Concilij.

Commiſſarij.

R. P. D. Epiſcopus Feltrenſis.
Epiſcopus Hipporegienſis.
Epiſcopus Cauenſis.

Locumtenens, & Fererius.

Do. Antonius Bergomas.

Secretarius.

Do. Angelus Maſſarellus de S. Seuerino.

Capitaneus ad cuſtodiam concilij.

Illuſtriſſ. Do. Nicolaus Madrucius Tridentinenſis, cum magna copia Nobilium ante eum deferentium baculum unum rubeum longitudinis cannæ unius, & poſt illum multi haſtarij.

Locumtenens.

Illuſt. Do. Sigiſmundus Comes Arce.

Magiſter cæremoniarum.

Do. Pompeius de Spiritibus, Spoletanus.

Cantores.

Iuo Baril, Gallus.
Ioannes Le Conte, Flamingus.
Antonius Roſal, Gallus.
Petrus Ordognez, Hiſpanus.
Ioannes de Monte, Germanus.
Simon Bertolonus, Peruſinus.

Notarij.

Claudius de la Caſa, Lotharingus.
Nicolaus Driel, Alemanus.

Curſores.

Ioannes Rolliart, Lotharingus.
Maturinus Menandus, Gallus.

FINIS.

DECRETVM PRIMAE SESSIOnis *Tridentinæ, pronunciatum per Reuerendum Dominum Epiſcopum Caſtrimaris Hiſpanum, die ſeptimo menſis Ianuarij, Anno Domini.*

1546.

SAcroſancta Tridẽtina Synodus, in Spirituſancto
legitime congregata, in ea
preſidentibus tribus Apo
ſtolicæ ſedis Legatis, agno
Iaco. 1. ſcens cum B. Iacobo Apo
ſtolo ꝙ omne datum op-
timum & omne donum perfectum deſurſum
eſt, deſcendens a patre luminum, qui ijs qui
Eccli. 1. poſtulant a ſe, ſapientiam dat omnibus afflu
pſal. 110. enter, & non improperat eis: & ſimul ſciens
quòd initium ſapientiæ eſt timor Domini:
Statuit & decreuit omnes & ſingulos Chriſti-
fideles in ciuitate Tridentina congregatos, ex
hortandos eſſe, prout exhortatur, ut ſe a ma-
lis & peccatis hactenus commiſſis emenda-
re, ac decætero in timore Domini ambulare,
& deſideria carnis non perficere, orationibus
inſtare, ſæpius confiteri, Euchariſtiæ Sacra-
mentum ſumere, Eccleſias frequentare, præ-
cepta deniq; diuina, quantum quiſq; poterit
adimplere, necnon quotidie pro pace princi-
pum Chriſtianorum & unitate Eccleſiæ pri-
uatim orare uelint. Epiſcopos uero & quoſ-
cunque alios in ordine ſacerdotali conſtitu-
tos, œcumenicum concilium in ciuitate hac
celebrantes, ut aſſidue Dei laudibus incum-
bere, hoſtias, laudes, & preces offerre, ſacri-
ficium Miſſæ quolibet ſaltem die Dominico,
in quo Deus lucem condidit, & a mortuis re-
ſurrexit, Spiritum ſanctum in diſcipulos in-
Acto. 2. fudit, peragere ſatagant, facientes ſicut idem
Spirituſſanctus per Apoſtolum præcepit, ob-
1. Tim. 2. ſecrationes, orationes, poſtulationes, gra-
tiarumactiones pro ſanctiſſimo Domino Pa-
pa, pro Imperatore, pro Legibus & cæteris,
qui in dignitate conſtituti ſunt, & pro omni-
bus hominibus, ut quietam & tranquillam
uitam agamus, pace fruamur, & fidei incre-
mentum uideamus. Præterea hortatur ut ie-
iunent ſaltem ſingulis ſextis ferijs in memo-
riam paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, &
eleemoſynas pauperibus erogent. In Eccle-
ſia autem cathedrali ſingulis quintis ferijs ce-
lebretur Miſſa de Spirituſancto, cum Letanijs
& alijs orationibus ad hoc inſtitutis. In alijs
uero Eccleſijs dicantur ad minus Letaniæ &
orationes. Tempore autem quo ſacra pera-
gentur, colloquutiones & confabulationes
non fiant: ſed ore & animo celebranti aſſi-
ſtatur. Et quoniam oportet Epiſcopos eſſe
irrepræhenſibiles, ſobrios, caſtos, domui ſuæ 1. Tim. 3.
bene propoſitos, hortatur etiam ut ante om Tit. 1.
nia quilibet in menſa ſeruet ſobrietatem, mo-
derationem ciborum. Deinde quum in eo lo-
co ſæpe otioſi ſermones oriri ſoleãt, ut in ipſo
rum Epiſcoporũ menſis diuinarum ſcriptura
rũ lectio admiſceatur. Familiares uero ſuos
unuſquiſq; inſtruat & erudiat, ne ſint rixoſi, ui
tioſi, impudici, cupidi, elati, blaſphemi, & uolu
ptatum authores & amatores: uitia demum
fugiant, & uirtutes amplectantur, & in ue-
ſtitu & cultu & in omnibus actibus honeſta-
tem præferant, ſicut decet miniſtros miniſtro
rum Dei. Ad hæc quũ huius Sacroſancti Con
cilij præcipua cura, ſolicitudo, & intentio ſit,
ut propulſatis hæreſum tenebris, quæ per tot
annos operuerunt terram, Catholicæ uerita-
tis lux, Ieſu Chriſto, qui uera lux eſt, annuen- Ioan. 1.
te, & candor puritasq; refulgeat, & ea quæ re-
formatione egent, reformentur: ipſa Synodus
hortatur omnes Catholicos congregatos &
congregandos, atque eos præſertim, qui ſacra
rum literarum peritiam habent, ut ſedula me
ditatione diligenter ſecum ipſi conſiderent,
quibus potiſſimum uijs & modis ipſius Sy-
nodi intentio dirigi, & optatum effectum ſor-
tiri poſſit, quo maturius & conſultius dam-
nari damnanda, & probari probanda que-
ant, ac per totum orbem omnes uno ore &
eadem fide glorificent Deum & patrem Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti. In ſententijs uero di-
cendis, iuxta Toletani Concilij ſtatutum, in Toletani
loco benedictionis conſedentibus Domini ſa concilij.
cerdotibus, nullus debeat aut immodeſtis uo 11. cap. 1.
cibus perſtrepere, aut tumultibus perturbare:
Nullus etiam falſis, uaniſue aut obſtinatis di-
ſceptationibus contendere: ſed quicquid di-
catur, ſic mitiſſima uerborum prolatione
temperetur, ut nec audientes offendantur,
nec recti iudicij acies perturbato animo infle
ctatur. Inſuper ipſa ſacra Synodus ſtatuit &
decreuit, quòd ſi forte contigerit aliquos de-
bito in loco non ſedere, & ſententiam etiam
ſub uerbo, Placet, proferre, congregatio-
nibus intereſſe, & alios quoſcunq;
actus facere Concilio durãte
nulli propterea preiu-
diciũ generare, nulliq;
nouum ius ac-
quiratur.

DECRETVM SECVNDAE SESSIO-

★100'2 *nis Concilij Tridentini, pronunciatum die quarta menſis Februarij, Anno. 1546. per Reuerendum dominum Archiepiſcopum Turritanum.*

IN nomine ſanctæ & indi-
uiduæ Trinitatis Patris &
Filij & Spiritusſancti, hæc
ſacroſãcta œcumenica &
generalis Tridentina Sy-
nodus, in Spiritu ſancto le
gitime congregata, in ea
præſidentibus eiſdem tribus Apoſtolicę ſedis
Legatis, magnitudinem rerum tractandarum
conſiderans, præſertim earũ quæ duobus illis
capitibus de extirpandis hæreſibus & mori-
bus reformandis continentur, quorum cauſa
præcipue eſt congregata: agnoſcens autẽ cũ
Aphe.6.b Apoſtolo nõ eſſe ſibi colluctationẽ aduerſus
carnem & ſanguinem, ſed aduerſus ſpirituales
nequitias in cœleſtibus: cum eodem omnes
& ſingulos in primis hortatur, ut conforten-
tur in domino & in potentia uirtutis eius, in
omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſ-
ſint omnia tela nequiſſimi ignea extinguere:
atq; galeam ſpei ſalutis accipiant, cum gladio
ſpiritus, quod eſt uerbum Dei. Itaq; ut hęc pia
eius ſolicitudo principium & progreſſum ſuũ
per Dei gratiam habeat, ante omnia ſtatuit &
decreuit præmittendam eſſe confeſſionem
fidei, Pãtrum exempla in hoc ſequuta, qui ſa-
cratioribus concilijs hoc ſcutum contra om-
nes hæreſes in principio ſuarum actionum op
ponere conſueuerunt: quo ſolo aliquando &
infideles ad fidem traxerunt, hæreticos expu-
gnarunt, & fideles cõfirmauerũt. Quare ſym-
bolũ fidei quo ſancta Eccleſia Romana uti-
tur, tanq̃ principiũ illud in quo omnes qui fi-
dem Chriſti profitentur, neceſſario conueni-
unt, ac fundamentũ firmũ & unicũ, cõtra q̃d
Matt.16. nunq̃ portæ inferi præualebunt, totidẽ uerbis
quibus in omnibus Eccleſijs legitur, exprimẽ
dum eſſe cenſuit, quod quidem eiuſmodi eſt:
Credo in unum Deum, &c. ut eſt in miſſali.
Eadem ſacroſancta œcumenica & generalis
Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legiti-
me congregata, in eadem præſidentibus eiſ-
dem tribus ſedis Apoſtolicæ Legatis, intelli-
gens multos Prælatos ex diuerſis partibus ac
cinctos eſſe itineri, nõnullos etiã in uia eẽ quo
huc ueniant: cogitansq; omnia ab ipſa ſacra
Synodo decernenda, eo maioris apud omnes
exiſtimationis & honoris uideri poſſe, quo
maiore fuerint & pleniore Patrum cõcilio &
pręſentia ſancita & corroborata: ſtatuit & de
creuit futuram Seſſionẽ poſt præſentem, ce-
lebrandã eſſe die Iouis quæ ſubſequetur Do-
minicam Lætare proxime futuram. Interim ta
men non differri diſcuſſionem & examina-
tionem eorum, quæ ipſi Synodo diſcutienda
& examinanda uidebuntur.

DECRETVM TERTIAE SESSIO-

nis Concilij Tridentini, quæ celebrata fuit quinta Aprilis, eodem Anno.

SAcroſancta œcumenica
& generalis Tridentina Sy
nodus in ſpiritu ſancto le-
gitime congregata, præſi-
dentibus in ea eiſdem tri-
bus Apoſtolicæ ſedis Le-
gatis, hoc ſibi ante omnia
perpetuo proponens, ut ſublatis omnibus er
roribus, puritas ipſa Euangelij in Eccleſia cõ-
ſeruetur, quod promiſſum ante per prophe-
tas in ſcripturis ſanctis dominus noſter Ieſus
Chriſtus Dei filius proprio ore primũ promul
gauit, deinde per ſuos Apoſtolos tanquã fon
tem omnis ſalutaris ueritatis & morum diſci-
plinæ, omni creaturæ prædicari iuſſit: proſpi-
ciensq; hanc ueritatẽ & diſciplinam contine-
ri in libris ſcriptis, & ſine ſcripto, traditioni-
busq; ipſius Chriſti, quæ ab Apoſtolis acce-
ptæ, aut ab ipſis Apoſtolis, Spiritu ſancto di-
ctante, quaſi per manus traditæ, ad nos uſq;
peruenerunt: orthodoxorum patrum exẽpla
ſequuta, omnes libros tam ueteris quàm no-
ui Teſtamenti (quũ utriuſq; unus Deus ſit au
thor) necnon traditiones ipſas, tum ad fidem
tum ad mores pertinentes, tanquam uel ore-
tenus a Chriſto, uel a Spiritu ſancto dictatas,
& continua ſucceſſione in Eccleſia catholica
conſeruatas, pari pietatis affectu ac reuerẽtia
ſuſcipit ac ueneratur. Sacrorũ uero librorum
indicem huic decreto adſcribendum cenſuit,
ne cui dubitatio ſuboriri poſſit, quinam ſint
qui ab ipſa Synodo ſuſcipiantur. Sunt uero in
fraſcripti: Teſtamenti ueteris, quinq; libri Mo-
ſi, ſcilicet Geneſis, Exodus, Leuiticus, Nume-
ri, Deuteronomium: deinde Ioſue, Iudicum,
Ruth, quatuor Regum, Paralipomenõ duo,
Eſdræ duo, primus ſcilicet, & ſecundus q dici- 1003★
tur Nehemias, Thobias, Iudit, Eſter, Iob, Pſal
terium Dauidicum centũ quinquaginta Pſal
morum, Parabolæ Salamonis, Eccleſiaſtes,
Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſia-

ſticus: Eſaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel: Duodecim prophetę minores, ſcilicet Oſee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias: Duo Machabæorum, primus ſcilicet & ſecundus: Teſtamẽti noui, quatuor Euangelia, ſcilicet ſecundum Mattheum, Marcum, Lucam, & Ioãnem: Acta Apoſtolorum, a Luca euangeliſta conſcripta: quatuordecim epiſtolæ beati Pauli apoſtoli, ſcilicet ad Romanos, ad Corinthios duæ, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Timotheum duæ, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri apoſtoli duæ: Ioannis apoſtoli tres: Iacobi apoſtoli una: una Iudæ apoſtoli: una Apocalypſis Ioãnis apoſtoli. Si quis autem libros ipſos integros cũ omnibus ſuis partibus, prout in eccleſia catholica legi conſueuerunt, & in ueteri uulgata Latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit, & traditiones prædictas ſciens & prudens contempſerit, anathema ſit. Omnes itaq; intelligant quo ordine & uia, ipſa Synodus, poſt iactum fidei confeſsionis fundamẽtum, ſit progreſſura, & quibus potiſsimùm teſtimonijs ac præſidijs in confirmandis dogmatibus, & inſtaurandis in eccleſia moribus ſit uſura. Inſupèr eadem Sacroſancta Synodus conſiderans, non parùm utilitatis accedere poſſe eccleſię Dei, ſi ex multis Latinis editionibus, quæ circunferuntur ſacrorum librorum, quænam pro authẽtica habenda ſit, innoteſcat: Statuit & decreuit, ut hęc ipſa uetus & uulgata editio, quæ longo tot ſeculorum uſu in Eccleſia ipſa probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, aut expoſitionibus, pro authentica habeatur, & quòd eã nemo reijcere quouis prætextu audeat uel præſumat. Præterea ad coercenda petulantia ingenia, decreuit ut nemo ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei & morum, ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram ſcripturam ad ſuos ſenſus contorquear: aut contra eum ſenſum quem tenuit & tenet ſancta mater Eccleſia, cuius eſt iudicare de uero ſenſu & interpretatione ſanctarum ſcripturarũ, aut etiam contra unanimem conſenſum Patrum, ipſam ſcripturam ſacram interpretari audeat: etiam ſi huiuſmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contrauenerint, per ordinarios declarentur, & pœnis a iure ſtatutis puniantur. Sed & impreſſoribus modum in hac parte (ut par eſt) imponere uolens, qui iam ſine modo, hoc eſt, putantes ſibi licere quicquid libet, ſine licentia ſuperiorum & eccleſiaſticorũ, ipſos ſacræ ſcripturæ libros, & ſuper illos annotationes & expoſitiones quomodolibèt indifferentes, ſæpè tacito, ſæpè etiam emẽtito prælo, & (quod eſt grauius) ſine nomine authoris imprimũt, alibi etiam impreſſos libros huiuſmodi temerè uenales habent: decreuit & ſtatuit, ut poſthàc ſacra ſcriptura, potiſsimùm uerò hæc ipſa uetus & uulgata editio, quàm emendatiſsimè imprimatur, nulliq; liceat imprimere uel imprimi facere quoſuis libros de rebus ſacris ſine nomine authoris, neque illos in futurum uendere, aut etiam apud ſe retinere, niſi primùm examinati probatiq; fuerint ab ordinario, ſub pœna anathematis & pœnæ in canone Concilij nouiſsimi Lateranenſis appoſitæ. Et ſi regulares fuerint, ultra examinationem & probationem huiuſmodi, licentiam quoque a ſuis ſuperioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris iuxta formam iſtarum ordinationum. Qui autem ſcripto eos communicant uel euulgant, niſi antè examinati probatiq; fuerint, eiſdem pœnis ſubiaceant, quibus impreſſores. Et qui eos habuerint uel legerint, niſi authorem prodiderint, pro authoribus habeantur. Ipſa uerò huiuſmodi librorum probatio in ſcriptis detur, atq; adeò in fronte libri uel ſcripti uel impreſsi autenticè appareat. Idq; totum hoc, etiam probatio & examen, gratis fiat, ut probãda probentur, & improbanda reprobentur.

Poſt hæc temeritatem illam reprimere uolens, qua ad prophana quęque conuertuntur & torquentur uerba & ſententię ſacræ ſcripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, uana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, impias & diabolicas incantationes, diuinationes, ſortes, libellos etiam famoſos: mandat & præcipit ad tollendam huiuſmodi irreuerentiam & contemptum, ne deceterò quiſquam quomodolibèt uerba ſacræ ſcripturæ ad hæc & ſimilia audeat uſurpare, & ut omnes eius generis corruptores, temerarij, & uiolatores uerbi Dei, iuris & arbitrij pœnis per Epiſcopos coerceantur.

Item hæc ſacroſancta Synodus ſtatuit & decreuit, proximam futuram ſeſsionem, tenendam & celebrandam eſſe feria quinta poſt ſacratiſsimũ feſtum Pentecoſtes.

*

Decretum

1004 * DECRETVM PRIMVM QVARTAE *ſeſſionis Tridentini Concilij, decimoſeptimo menſis Iunij. 1546. celebrata.*

Hebr. 11. V T fides noſtra catholica, ſine qua ipoſsibile eſt placere Deo, purgatis erroribus in ſua ſinceritate integra & illibata permaneat, & ne populus chriſtianus omni uento doctrinæ circunferatur: cùm ſerpens ille antiquus humani generis perpetuus hoſtis inter plurima mala, quibus eccleſia Dei his noſtris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali eiuſq́ remedio nō ſolùm uetera, ſed noua etiam diſſidia excitauerit, ſacroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in ſpiritusancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem tribus Apoſtolicæ ſedis Legatis, iam ad reuocandos errātes, & nutantes confirmādos accedere uolens; ſacrarum ſcripturarum & ſanctorum Patrum ac probatiſsimorum Conciliorum teſtimonia, & ipſius eccleſiæ iudiciū & cōſenſum ſequuta, hæc de ipſo peccato originali ſtatuit, fatetur, ac declarat.

Si quis non confitetur primum hominem Adam, cùm mādatum Dei in paradiſo fuiſſet trāſgreſſus, ſtatim ſanctitatem & iuſtitiam in qua poſitus fuerat, amiſiſſe, incurriſſeq́ per of- *adeò. fenſam præuaricationis eiuſmodi, iram & indignationem Dei, atque *ideo mortem, quā anteà illi comminatus fuerat Deus, & cū morte captiuitatem ſub eius poteſtate qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt, diaboli, totumq́ Adam per illam præuaricationis offenſam ſecundum corpus & animam in deterius cōmutatum fuiſſe, anathema ſit.

Si quis Adæ prȩuaricationē ſibi ſoli, & non eius ꝓpagini, aſſerit nocuiſſe: acceptam a Deo ſanctitatem & iuſtitiā, quam perdidit, ſibi ſoli, & non nobis, eum perdidiſſet: aut inquinatum illum per inobedientię peccatum, mortem & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum transfudiſſe, nō autem & peccatum, quod mors eſt animæ, anathema ſit: *Rom 5. b* cùm contradicat Apoſtolo dicenti, Per unū hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerūt.

Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine unum eſt, & propagatione, non imitatione, transfuſum, in omnibus ineſt unicuiq; proprium, uel per humanæ naturæ uires, uel per aliud remedium aſſerit tolli, quàm per meritū unius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos Deo recōciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio: aut negat ipſum Ieſu Chriſti meritum, per baptiſmi ſacramētum in forma Eccleſiæ ritè collatum, tam adultis quàm paruulis applicari, anathema ſit: quia Non eſt aliud no- *Act. 4. b* men ſub cælo datū hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vndè illa uox, Eccè agnus *Ioan. 1.* Dei, eccè qui tollit peccata mūdi. Et illa, Qui- *Galat. 3.* cunq; baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Si quis paruulos recentes ab uteris matrū baptizandos negat, etiamſi fuerint à baptizatis parentibus orti: aut dicit in remisſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adā trahere originalis peccati, quòd regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad uitā æternam conſequēdam: undè ſit conſequēs, ut in eis forma baptiſmatis in remisſionem peccatorum, non uera, ſed falſa intelligatur: anathema ſit: quoniam non aliter intelligendum eſt id quod dixit Apoſtolus, Per unum *Roma. 5.* hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt, niſi quemadmodùm Eccleſia catholica ubsque diffuſa ſemp intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, ex traditione Apoſtolorum, etiam paruuli qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, ideo in remiſsionem peccatorū ueraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. Niſi enim quis renatus *Ioan. 2.* fuerit ex aqua & Spiritusancto, non poteſt introire in regnum Dei.

Si quis per Ieſu Chriſti domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmate confertur, reatum originalis peccati remitti negat: aut etiam aſſerit non tolli totum id quod ueram & propriam peccati rationem habet, ſed illud dicit tantùm radi, aut non imputari: anathema ſit. In renatis autem nihil odit Deus: quia Nihil *Roma. 8.* eſt damnationis ijs qui uerè conſepulti ſunt cum Chriſto per baptiſma in mortem, qui non ſecundum carnem ambulant, ſed uete- *Col: 3.* rem hominem exuentes, & nouum induentes, qui ſecundum Deum creatus eſt, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti, effecti ſunt hæredes quidem Dei, cohæredes *Roma* autem Chriſti, ita ut nihil prorſus eos ab ingreſſu cœli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiſcentiam uel fomitem, hæc ſancta Synodus fatetur & ſentit: quæ quū ad agonem relicta ſit, nocere non conſentienti-

* 1005 bus, & uiriliter per Ieſu Chriſti gratiam repu-
2. Ti. 2. a gnantibus, non ualet: quinimo Qui legiti-
me certauerit, coronabitur. Hanc cõcupiſcen-
tiam, quam aliquando Apoſtolus peccatum
Coloſ. 3. appellat, ſancta Synodus declarat Eccleſiam
catholicam nunquam intellexiſſe peccatum
appellari, quod uere & proprie in renatis pec-
catum ſit, ſed quia ex peccato eſt, & ad pecca
tum inclinat. Si quis autem contrarium ſen-
ſerit, Anathema ſit.

SECVNDVM DECRETVM QVARtæ *Seſſionis Tridentinæ Synodi.*

EAdem ſacroſancta Synodus pijs ſum norum pontificum & probatorũ conciliorum cõſtitutionibus inhęrens, eaſq; amplectẽs, & illis adijciẽs, ne cœleſtis ille theſaurus ſacrorum librorũ quẽ Spiritusſanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat: ſtatuit & decreuit, ꝙ in illis Eccleſijs, in qbus præbenda aut pręſtimoniũ, ſeu aliud quouis nomine nuncupatũ ſtipendium, pro lectoribus ſacræ Theologiæ deputatũ reperitur, Epiſcopi, Archiepiſcopi, primates, & alij locorum ordinarij, eos qui præbendam, aut pręſtimonium, ſeu ſtipendiũ huiuſmodi obtinent, ad ipſius ſacræ ſcripturæ expoſitionẽ & interpretationẽ per ſeipſos, ſi idonei fuerint, alioquin p idoneũ ſubſtitutũ ab eis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus & alijs locorum ordinarijs eligendũ, etiã p ſubtractionem fructuũ cogant & compellant. De cætero uero præbenda, pręſtimoniũ, aut ſtipendiũ huiuſmodi, non niſi perſonis idoneis, & qui per ſeipſos id munus explicare poſſint, conferatur: & aliter facta prouiſio, nulla ſit & inualida.

In Eccleſijs autem Metropolitanis uel Cathedralibus, ſi ciuitas inſignis uel populoſa, ac etiam in collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni oppido etiam nullius diœceſis, ſi ibi clerus numeroſus fuerit, ubi nulla præbẽda, aut præſtimonium, ſeu ſtipẽdium huiuſmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocũq; (præterquàm ex cauſa reſignationis) primo uacatura, cui aliud onus incompatibile iunctum non ſit, ad eum uſum ipſo facto perpetuo cõſtituta & deputata intelligatur. Et quatenus in ipſis Eccleſijs nulla uel non ſufficiẽs præbenda foret, Metropolitanus, uel Epiſcopus ipſe per aſſignationem fructuũ alicuius ſimplicis beneficij, eiuſdem tamen debitis ſupportatis oneribus, uel per contributionem beneficiatorum ſuæ ciuitatis & diœceſis, uel alias prout commodius fieri poterit, de capituli cõſilio ita prouideat, ut ipſa ſacræ ſcripturæ lectio habeatur: ita tamen, ut quæcunque aliæ lectiones, uel conſuetudine, uel quauis alia ratione inſtitutę, propter id minimæ prętermittantur.

Eccleſiæ uero, quarum annui prouentus tenues fuerint, & ubi tam exigua eſt cleri & populi multitudo, ut Theologiæ lectio in eis cõmode haberi non poſſit, ſaltem magiſtrum habeant ab Epiſcopo cum capituli conſilio eligendum, qui clericos alioſq; ſcholares pauperes Grammaticam gratis doceat: ut deinceps ad ſacræ ſcripturæ ſtudia, annuẽte Deo, trãſire poſſint. Ideoq; illi magiſtro Grammatices, uel alicuius ſimplicis beneficij fructus, quos tandiu percipiat quandiu in docendo perſtiterit, aſſignentur: dum tamen beneficium ipſum ſuo debito non fraudetur obſequio: uel ex capitulari, uel ex epiſcopali menſa, condigna aliqua merces perſoluatur: uel alias Epiſcopus ipſe aliquam rationem ineat, ſuæ Eccleſiæ & dioceſi accommodam, ne pia hæc utilis atq; fructuoſa prouiſio quouis quęſito colore negligatur.

In monaſterijs quoque monachorum, ubi commode fieri id queat, etiam prælectio ſacræ ſcripturæ habeatur. Qua in re ſi Abbates negligentes fuerint, Epiſcopi locorum in hoc ut ſedis Apoſtolicæ delegati, eos ad id opportunis remedijs compellant.

In conuentibus uero aliorum Regulariũ, in quibus ſtudia commode uigere poſſunt, etiam lectio ſacræ ſcripturæ habeatur: quæ lectio a capitulis generalibus uel prouincialibus, aſſignetur dignioribus magiſtris.

In Gymnaſijs autem publicis, ubi tam honorifica & cæterorũ omniũ maxime neceſſaria lectio hactenus inſtituta nõ fuerit, religioſiſſimorum principũ ac Rerumpubl. pietate & charitate, ad catholicæ fidei defenſionem & incrementum, ſacræq; doctrinæ conſeruationem & propagationem inſtituatur: & ubi inſtituta foret, & negligeretur, reſtituatur.

Et ne ſub ſpecie pietatis, impietas diſſeminetur, ſtatuit eadem ſancta Synodus, neminem ad huiuſmodi lectionis officium tã publice quàm priuatim admittendum eſſe, qui prius ab Epiſcopo loci de uita, moribus, & ſcientia examinatus & probatus non fuerit. Quod tamen de lectoribus in clauſtris monachorum non intelligatur.

Do-

*1006 Docentes uero ipſam ſacram ſcripturā, dū publice in ſcholis docuerint, & ſcholares qui in ipſis ſcholis ſtudent, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum ſuorum in abſentia a iure conceſsis, plene gaudent & fruantur.

Quia uero chriſtianæ Reipublicæ nō minus neceſſaria eſt prędicatio Euāgelij, q̄ lectio & hoc eſt præcipuū Epiſcoporū munus: ſtatuit & decreuit eadem ſancta Synodus, oēs Epiſcopos, Archiepiſcopos, primates, & omnes alios Eccleſiarū prælatos, teneri p ſeipſos (ſi legitime impediti non fuerint) ad prædicandum ſanctum Ieſu Chriſti Euangelium. Si uero contigerit Epiſcopos & alios prælatos legitimo detineri impedimēto, iuxta formā generalis Cōcilij, uiros idoneos aſſumere teneantur ad huiuſmodi p̄dicatiōis officiū ſalubriter exequendū. Si quis aūt hoc adimplere contēpſerit, diſtrictæ ſubiaceat ultioni.

Archipresbyteri quoq;, plebani, & qcunq; parochiales, uel alias curam animarū habentes Eccleſias quocunq; modo obtinent, p ſe uel alios idoneos, ſi legitime impediti fuerint diebus ſaltem dominicis & feſtis ſolennibus plebes ſibi cōmiſſas pro ſua & earū capacitate paſcant ſalutaribus uerbis, docēdo ea, quę ſcire omnibus neceſſariū eſt ad ſalutē, annunciandoq; eis cū breuitate & facilitate ſermonis uitia quæ eos declinare, & uirtutes quas eos ſectari oportet, ut pœnam æternā euadere, & cœleſtem gloriam conſequi ualeant. Id uero ſi quis eorū præſtare negligat, etiā ſi ab Epiſcopi iuriſdictione quauis ratione ſe exemptum eſſe pretenderet, etiā ſi Eccleſiæ quouis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monaſterio etiā extra diœceſim exiſtenti forſan annexæ uel unitæ, modo re ipſa in diœceſi ſint, prouida paſtoralis Epiſcoporū ſolicitudo nō deſit, ne illud impleatur: Paruuli petierunt panē, & non erat qui frangeret eis. Itaq; ubi ab Epiſcopo moniti, trium menſium ſpatio muneri ſuo defuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas ſeu alias ad ipſius Epiſcopi arbitrium cogantur: ita ut etiam, ſi ei ſic expedire uiſum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri qui id præſtet, honeſta aliqua merces perſoluatur, donec principalis ipſe recipiens officium ſuum impleat. Si quæ uero parochiales eccleſiæ reperiantur ſubiectæ monaſterijs in nulla diœceſi exiſtentibus, ſi Abbates & regulares prælati in prædictis negligentes fuerint, a Metropolitanis, in quorum prouincijs diœceſes ipſę ſitæ ſunt, tanquā quo ad hoc ſedis Apoſtolicæ delegati, compellantur.

Trin.4.a

Neq; huius decreti executionē cōſuetudo, uel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, ſiue recurſus impedire ualeat, quouſq; de ſupa cōpetēti iudice, q ſummarie & ſola facti ueritate inſpecta, pcedat, cognitū ſit & deciſum.

Regulares uero cuiuſcunque ordinis, niſi a ſuis ſuperioribus de uita, moribus, & ſcientia examinati & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Eccleſijs ſuorum ordinum, prædicare non poſsint: cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequàm prædicare incipiant.

In Eccleſijs uero quæ ſuorum ordinū non ſunt, ultra licentiam ſuorum ſuperiorum etiā Epiſcopi licentiam habere teneātur, ſine qua in ipſis Eccleſijs non ſuorum ordinum nullo modo prædicare poſsint. Ipſam autem licentiam Epiſcopi gratis concedant.

Si uero (quod abſit) prędicator errores aut ſcandala diſſeminauerit in populū, etiā ſi in monaſterio ſui uel alterius ordinis prædicet, Epiſcopus ei prædicationem interdicat. Quòd ſi hæreſes prædicauerit, contra eū ſecundū iuris diſpoſitionem aut loci conſuetudinē procedat, etiā ſi prædicator ipſe generali uel ſpeciali priuilegio exemptū ſe eſſe prætenderet. Quo caſu, Epiſcopus authoritate apoſtolica, & tanquā ſedis apoſtolicæ delegatus procedat. Curent autem Epiſcopi, ne qs prędicator uel ex falſis informatiōibus, uel alias calumnioſe uexetur, ne iuſtam de eis conquerendi occaſionem habeat.

Caueāt præterea Epiſcopi, ne aliquem uel eorū qui cū ſint noīe regulares, extra clauſtra tamē & obedientiā religionū ſuarū uiuūt, uel presbyterorū ſecularū, niſi ipſis noti ſint, & moribus atq; doctrina probati, etiā quorumlibet priuilegiorū prætextu, in ſua ciuitate uel diœceſi prædicare permittant, donec ab ipſis Epiſcopis ſuper eo ſancta ſedes Apoſtolica cōſulatur: a qua priuilegia huiuſmodi, niſi tacita ueritate, & expreſſo mendacio, ab indignis extorqueri uerisimile non eſt.

Quæſtores uero eleemoſynarij, qui etiam quæſtuarij uulgo dicuntur, cuiuſcunq; conditionis exiſtant, nullo modo nec per ſe, nec p alium prædicare præſumant: & contra facientes, ab Epiſcopis & ordinarijs locorum, priuilegijs quibuſcunque non obſtantibus, opportunis remedijs omnino coerceantur.

Item hæc ſacroſancta Synodus ſtatuit & decreuit, primam futuram ſeſsionē tenendā, celebrandam eſſe die Iouis feria quinta poſt feſtum beati Iacobi apoſtoli.

QVIN-

*1007 QVINTA SESSIO POST APERtum *Concilium facta die decimotertio Ianuarij.* 1 5 4 7.

Decretum de iuſtificatione hominis.

CVVM hoc tempore, non ſine multarum animarū iactura, & graui eccleſiaſticæ unitatis detrimento, erronea quædam diſſeminata ſit de iuſtificatiõe doctrina, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, eccleſiæ tranquillitatem, & animarum ſalutem, ſacroſancta œcumenica & generalis Tridẽtina Synodus in ſpiritu ſancto legitimè cõgregata, præſidentibus in ea nomine ſanctiſsimi in Chriſto patris & domini noſtri, D. Pauli diuina prouidentia PP tertij, Reuerendiſsimis DD. Ioanne Maria epiſcopo Præneſtino de Monte, & Marcello tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem preſbytero, ſanctæ Romanę eccleſię cardinalibus & Apoſtolicis de latere legatis, exponere intẽdit omnibus Chriſti fidelibus ueram ſanamq; doctrinam ipſius iuſtificationis, quam ſol iuſtitiæ Chriſtus Ieſus noſtræ fidei author & conſummator docuit, Apoſtoli tradiderunt, & catholica eccleſia ſpiritu ſancto ſuggerẽte perpetuò retinuit, diſtrictiùs inhibendo, ne deinceps audeat quiſquã aliter tradere, prædicare, aut docere, quàm præſenti decreto ſtatuitur aut declaratur.

De natura & legis ad iuſtificandos homines imbecillitate.

1 PRimùm declarat ſancta Synodus, ad iuſtificationis doctrinam propriè & ſyncerè intelligendam, oportere, ut unuſquiſque agnoſcat & fateatur, quòd cùm omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdidiſſent, facti immundi, & ut Apoſtolus inquit, natura filij iræ, (Epheſ. 2.) quemadmodū in decreto de peccato originali expoſuit, uſqueadeò ſerui erant peccati, & ſub poteſtate diaboli ac mortis, ut non modò gentes per uim naturæ, ſed ne Iudæi quidem per ipſam etiam literam legis Moſis indè liberari aut ſurgere poſſent, tametſi in eis liberū arbitriū minimè extinctū eſſet, uiribus licèt attenuatum & inclinatum.

De diſpenſatione & myſterio Aduentus Chriſti.

2 QVo factum eſt, ut cœleſtis pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, Chriſtum Ieſum filium ſuum, & ante legem, & legis tempore multis ſanctis (Gala. 4.) patribus declaratū & promiſſum, cùm uenit beata illa plenitudo tẽporis, ad homines miſerit, ut & Iudæos, qui ſub lege erant redimeret, & gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, appræhenderent iuſtitiam, atq; oẽs adoptionem filiorum reciperent. Hũc propoſuit Deus (Epheſ. 1.) propitiatorẽ per fidem in ſanguine ipſius pro (1. Ioan. 2.) peccatis noſtris, nõ ſolùm autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi.

Qui per Chriſtum iuſtificantur.

3 VErùm etſi ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, ſed hi duntaxat quibus meritum paſsionis eius cõmunicatur. Nam ſicut reuerà homines, niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerẽtur iniuſti, cùm ea propagatione, per ipſum dum concipiuntur, propriam iniuſtitiam contrahant: ita niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iuſtificarentur, cùm ea renaſcentia per meritū paſsionis, eius, gratia qua iuſti fiũt, illis attribuatur. Pro hoc beneficio Apoſtolus gratias nos ſemper (Col 3.) agere hortatur patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarū, tranſtulitq; in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem & remiſsionem peccatorum.

Inſinuatur deſcriptio iuſtificationis impij, & modus eius in ſtatu gratiæ.

4 QVibus uerbis iuſtificationis impij deſcriptio inſinuatur, ut ſit tranſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adę, in ſtatū gratiæ & adoptionis filiorū Dei per ſecũdum Adam Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrū. Quæ quidem trãſlatio, poſt euangelium promulgatum ſine lauacro regenerationis, aut eius uoto fieri non põt, ſicut ſcriptum (Ioan. 3.) eſt: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

De neceſsitate præparationis ad iuſtificationem in adultis & undè ſit.

5 DEclarat præterea, ipſius iuſtificationis exordium in adultis à Deo per Chriſtū Ieſum prǽueniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt, ab eius uocatione, qua, nullis eorum exiſtentibus meritis, uocantur, ut qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem atq; adiuuantem gratiam ad cõuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem eidem gratiæ liberè aſſentiendo & cooperando diſponãtur, 1008*
ita ut tangente Deo cor hominis per ſpiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nil omnino agat, inſpirationem illam recipiens, quippe qui & illam abijcere poteſt: neque tamen, ſine gratia Dei, mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua uoluntate poſsit. Vndè in ſacris

in ſacris literis cùm dicitur, conuertimini ad
Zacha.1. me,& ego conuertar ad uos,libertatis noſtræ
Thre.5. admonemur:Cùm reſpõdemus,Cõuerte nos domine ad te,& conuertemur,Dei nos gratia præueniri confitemur.

Modus præparationis.

6 DIſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia & adiuti, fidẽ ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum,credentes uera eſſe,quæ diuinitùs reuelata & promiſſa ſunt, atque illud in primis, à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu: & tamen peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuinæ iuſtitiæ timore,quo utiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propicium fore,illumq; tanquam omnis iuſtitiæ fontem, diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduerſus peccata per odiũ aliquod & deteſtationem, hoc eſt, per eam pœnitentiã,quam ante baptiſmũ agi oportet. Denique proponũt ſuſcipere baptiſmum,inchoare nouam uitam,& ſeruare diuina mandata. de hac diſpoſitione ſcriptum eſt,
Hebr.11. Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt,& quòd inquirentibus ſe remunerator ſit.
Matth.9 &, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.
Eccli.1. &, Timor enim expellit peccatum. &, Pœni-
Act 2. tentiam agite.&,Baptizetur unuſquiſq; ueſtrũ in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem pecca-
Luc. 24. torum ueſtrorum.&,Accipietis donũ ſpiritus-
Matt 28. ſancti. &, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & filij & ſpiritusſancti,docentes eas ſeruare omnia quę
1.Reg.7. cunque mandaui uobis. denique, Præparate corda ueſtra Domino.

Quid iuſtificatio impij, & quæ eius cauſæ.

7 HAnc diſpoſitionem ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur,quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio,& renouatio interioris hominis per uolũtariam ſuſceptionem gratiæ & donorum, undè homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus,ut ſit hæres ſecundum ſpem uitæ æternæ. Huius iuſtificationis cauſæ ſunt,finalis qui-
Ephes.1. dem,gloria Dei & Chriſti, ac uita æterna. Efficiens uerò,miſericors Deus qui gratuitò abluit & ſanctificat, ſignans & ungens ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Meritoria autem, dilectiſsimus uni-
Ephes.2. genitus ſuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui,cùm eſſemus inimici,propter nimiam charitatem ſuam,qua dilexit nos, ſua ſanctiſsima paſſione in ligno crucis nobis iuſtificationem meruit, & pro nobis Deo patri ſatisfecit. Inſtrumentalis item, ſacramentum baptiſmi,quod eſt ſacramentum fidei,ſine qua nulli unquam iuſtificatio contingit. Demum unica formalis cauſa eſt, iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit qua uidelicet ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modò reputamur,ſed uerè iuſti nominamur & ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes, unuſquiſque ſuam ſecundum menſuram,quã ſpiritusſanctus partitur ſingulis,prout uult, & ſecundum propriam uniuſcuiuſq; diſpoſitionem & cooperationem. quanquam enim nemo poſsit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſsionis domini noſtri Ieſu Chriſti communicantur, id tamen in hac impij iuſtificatione fit, dum eiuſdem ſanctiſsimæ paſsionis merito per ſpi-
ritum ſanctum charitas Dei diffunditur in cor Roma.5.
dibus eorum, qui iuſtificantur atque ipſis inhæret, undè in ipſa iuſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtum, cui inſeritur, per fidem, ſpem & charitatem: nam fides, niſi ſpes ad eam accedat & charitas, neque unit perfectè cum Chriſto, neq; corporis eius uiuũ
membrum efficit. Qua ratione uerisſimè di- Iaco.2.
citur, fidem ſine operibus mortuam & ocio- Galat.5.
ſam eſſe: & in Chriſto Ieſu neque circunciſionem aliquid ualere,neque præputium,ſed fidem quæ per charitatem operatur. Hanc fidẽ ante Baptiſmi ſacramẽtum ex traditione Apoſtolorum Catechumeni ab Eccleſia petunt, cùm petunt fidem uitam æternam præſtantem, quam ſine ſpe & charitate fides præſtare
non poteſt. Vndè & ſtatim Chriſti uerbum Matt.19.
audiunt: Si uis ad uitam ingredi,ſerua mandata. Itaque ueram & Chriſtianam iuſtitiam,accipientes, eam ceu primam ſtolam, pro illa quã Adam ſua inobedientia ſibi & nobis perdidit,per Chriſtum Ieſum illis donatam, candidam & immaculatam iubentur ſtatim renati conſeruare,ut eam perferant ante tribunal Dñi noſtri Ieſu Chriſti,& habeãt uitã æternã.

Quomodò intelligatur, impium per fidem & gratis iuſtificari.

CVm uerò Apoſtolus dicit, iuſtificari ho- 8
minem per fidem, & gratis, ea uerba in Roma.5.
eo ſenſu intelligenda ſunt,quam perpetuus Eccleſiæ catholicæ conſenſus tenuit & expreſſit, ut ſcilicet per fidem ideo iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, & radix omnis iuſtificationis, ſine
qua impoſsibile eſt placere Deo, & ad filiorũ Hebr.11.
eius conſortium peruenire: gratis autem iuſtificari ideo dicamur,quia nihil eorum quæ iuſtificationem

ſtificationem præcedũt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur. Si enim gratia eſt, iam nõ ex operibus: alioquin, ut idem Apoſtolus iquit, gratia nõ eſt gratia. Roma. 11

Contra inanem hæreticorum fiduciam.

9 QVanuis autem neceſſarium ſit credere, neque remitti, neq; remiſſa unquã fuiſſe peccata, niſi gratis diuina miſericordia propter Chriſtum, nemini tamẽ fiduciã & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum iactãti, & in ea ſola quieſcenti, peccata remitti, uel remiſſa eſſe dicendum eſt, cũ apud hæreticos & ſchiſmaticos poſſit eſſe, imò noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiã catholicam contentione prædicetur uana hæc & ab omni pietate remota fiducia: ſed neq; illud aſſerendum eſt, oportere eos, q uerè iuſtificati ſunt, abſq; ulla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos, neminemq; à peccatis abſolui ac iuſtificari, niſi eum qui certò credat, ſe abſolutum & iuſtificatũ eſſe, atq; hac ſola fide abſolutionem & iuſtificationem perfici: quaſi qui hoc non credit, de Dei promiſſis deq; Chriſti mortis & reſurrectionis efficacia dubitet. Nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, déque ſacramẽtorum uirtute & efficacia dubitare debet: ſic quilibet dum ſeipſum, ſuamq; propriam infirmitatem & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare ac timere poteſt, cum nullus ſcire ualeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutũ.

De acceptæ iuſtificationis incremento.

10 SIc ergo iuſtificati, & amici Dei facti & domeſtici, euntes de uirtute in uirtutem, ut
Pſal. 83. Apoſtolus inquit, renouantur de die in diem
2.Cor.4. hoc eſt, mortificando mẽbra carnis ſuæ, & exhibendo ea arma iuſtitiæ in ſanctificationem per obſeruationem mandatorum Dei & Eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam acceptã, cooperante fide bonis operibus, creſcunt, atque magis iuſtificantur: ſicut ſcriptum eſt, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Et iterum,
Apoc.22. Ne uerearis uſque ad mortem iuſtificari. Et
Eccli.18. rurſum. Videtis quoniam ex operibus iuſti-
Iaco.2. ficatur homo, & non ex fide tantum? Hoc uerò iuſtitiæ incrementum petit ſancta Eccleſia, cùm orat: Da nobis domine fidei, ſpei & charitatis augmentum.

De obſeruatione mandatorum, deq; illius neceſſitate & poſſibilitate.

11 NEmo autem, quantumuis iuſtificatus, liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet. Nemo temeraria illa, & a patribus ſub anathemate prohibita uoce uti Dei præcepta, homini iuſtificato ad obſeruãdum eſſe impoſſibilia: nam Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubendo monet & facere 1.Ioan.5.
quod poſſis, & petere quod non poſſis, & ad- Matt.11.
iuuat ut poſſis, cuius mãdata grauia nõ ſunt, cuius iugum ſuaue eſt & onus leue. Qui enim ſunt filij Dei, Chriſtum diligunt, qui autem diligunt eum, ut ipſemet teſtatur, ſeruant ſer- Ioan 14
mones eius: quod utiq; cum diuino auxilio p̃ſtare poſſunt. Licèt enim in hac mortali uita, quantumuis iuſti & ſancti, in leuia ſaltem & quotidiana, quæ etiam uenialia dicuntur, peccata quãdoq; cadant, non propterea deſinũt eſſe iuſti. Nam iuſtorum illa uox eſt & humilis & uerax: Dimitte nobis debita noſtra: quo fit, Math.6.
ut iuſti ipſi eo magis ſe obligatos ad ambulãdum in uia iuſtitiæ ſentire debeant, quo libera ti iam à peccato, ſerui autem facti Deo, ſobriè & iuſtè & piè uiuentes, proficere poſſunt per Tit.2.
Chriſtum Ieſum, per quem habuerunt acceſſum in gratiam iſtam. Deus namq; ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi prius ab eis deſeratur. Itaq; nemo ſibi in ſola fide blandiri debet, putans fide ſola hæredẽ ſe eſſe cõſtitutũ, hæreditatemq; conſecuturũ, etiam ſi Chriſto non compatiatur, ut & conglorificet. Nã Hebræ.
& Chriſtus ipſe, ut inquit Apoſtolus, cum eſſet filius Dei, didicit ex ijs quæ paſſus eſt, obediẽtiam: & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Propterea Apoſtolus ipſe monet iuſtificatos, dicens: Neſcitis quod ij qui in ſtadio currunt
omnes quidem currũt, ſed unus accipit bra- 1.Cor. 9.
uiũ? ſic currite, ut comprehendatis. Ego igitur ſic curro, nõ quaſi in incertũ. ſic pugno nõ quaſi aerẽ uerberãs, ſed caſtigo corpus meũ & in ſeruitutẽ redigo, ne fortè cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item princeps Apoſtolorum Petrus: Satagite, inquit, ut per
bona opera, certam uocationem & electio- 2.Petr.1.
nem ueſtram faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando. Vndè conſtat, eos orthodoxæ Religionis doctrinæ aduerſari, qui dicunt iuſtum in omni bono opere ſaltem ueniali ter peccare: aut, quod intolerabilius eſt pœnas æternas mereri: atque etiam eos, qu ſtatuũt in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cum hoc ut in primis glorificetur Deus mercedem quoque intuentur æternam, cũ ſcri-
ptum ſit: Inclinaui cor meum ad faciẽdas iu- Pſal.118.
ſtificationes tuas, propter retributionem: Et
de Moſe dicat Apoſtolus, quod reſpiciebat in Hebr. 11.
remunerationem.

Prædeſti-

Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe.

·*1010 NEmo quoq;, quandiu in hac mortalitate
12 uiuitur, de arcano diuinæ prædeſtinatio-
nis myſterio uſqueadeo præſumere debet, ut
certo ſtatuat, ſe omnino eſſe in numero præ-
deſtinatorum, quaſi uerum eſſet, ꝙ iuſtifica-
tus, aut amplius peccare nõ poſſit, aut ſi pec-
cauerit, certam ſibi reſipiſcentiam promitte-
re debeat. Nam niſi ex ſpeciali reuelatiõe ſciri
non poteſt, quos Deus ſibi elegerit.

De perſeuerantiæ munere.

13 SImiliter de perſeuerantiæ munere, de quo
Matt.10. ſcriptum eſt, Qui perſeuerauerit uſq; in fi-
& 24. nem, hic ſaluus erit: quod quidem aliunde ha-
beri non poteſt, niſi ab eo qui potens eſt eũ, q
ſtat, ſtatuere, ut perſeueranter ſtet, & eum qui
cadit, reſtituere. Nemo ſibi certi aliquid abſo-
luta certitudine polliceatur, tametſi in Dei au-
xilio firmiſſimam ſpem collocare & reponere
omnes debent. Deus enim, niſi *ipſe illius gra-
Phil.1. tiæ *defuerint, ſicut cœpit opus bonũ, ita per-
* ipſe ficiet, operans uelle & perficere: ueruntamen
1. Cor.8. qui ſe exiſtimant ſtare, uideant ne cadant, &
cum timore ac tremore ſalutem ſuam operen-
tur, in laboribus in uigilijs, in eleemoſinis, in
orationibus & oblationibus, & in ieiunijs, &
in caſtitate. Formidare enim debent, ſcientes
ꝙ in ſpem gloriæ, & nondum in gloria renati
ſunt, de pugna, quę ſupereſt cũ carne, cũ mũ-
do, cũ diabolo, in qua uictores eſſe non poſ-
Roma. 8. ſunt, niſi cum Dei gratia Apoſtolo obtẽperẽt,
dicenti: Debitores ſumus nõ carni, ut ſecun-
dum carnem uiuamus. Si enim ſecundũ car-
nem uixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu fa-
cta carnis mortificaueritis, uiuetis.

De lapſis & eorum reparatione.

14 QVi uero ab accepta iuſtificationis gra-
tia per peccatũ exciderunt, rurſus iuſtifi-
cari poterunt, cum excitante Deo, per pœni-
tentiæ ſacramentum merito Chriſti amiſſam
gratiam recuperare procurauerint. Hic enim
iuſtificationis modus, eſt lapſi reparatio, quã
ſecundam poſt naufragium deperditæ gratię
tabulam ſancti Patres apte nuncupauerunt.
Etenim pro iis qui poſt baptiſmum in pecca-
ta labuntur, Chriſtus Ieſus ſacramentum inſti-
tuit pœnitentiæ, cum dixit, Accipite ſpiritum
Ioan.20. ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remit-
tuntur eis: & quorum retinueritis, retẽta ſunt.
Vnde dicendum eſt, chriſtiani hominis pœni-
tentiam poſt lapſum, multo aliã eſſe a baptiſ-
mali, eamq; continere non modo ceſſationẽ a
peccatis & eorũ deteſtationẽ, ac cor contritũ
& humiliatum, uerumetiam eorundem ſacra-
mentalem confeſſionem in uoto & ſuo tem-
pore faciendam, & ſacerdotalem abſolutio-
nem, itemq; ſatisfactionem per ieiunia, elee-
moſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis uitæ
exercitia, non quidem pro pœna æterna, quæ
uel ſacramento, uel ſacramenti uoto una cũ
culpa remittitur, ſed pro pœna tẽporali, quæ
ut ſacræ literæ docent, non tota ſemper, ſicut
in baptiſmo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei
quam acceperunt, ingrati, ſpiritum ſanctum
contriſtauerunt, & templum Dei uiolare non
ſunt ueriti. De qua pœnitentia ſcriptũ eſt: Me- Apoca 2.
mor eſto unde excideris, & age pœnitentiã,
& prima opera fac. & iterũ, Quæ ſecundum 2. Cor.7.
Deum triſtitia eſt, pœnitentiã in ſalutẽ ſtabilẽ
operatur. & rurſus, Pœnitentiam agite, & faci-
te fructus dignos pœnitentiæ. Matth 3.

Quolibet peccato mortali amitti gratiam, ſed non fidem. Luc.3.

ADuerſus etiam hominum quorundã cal- 15
lida ingenia, qui per dulces ſermones &
benedictiones ſeducunt corda innocentium,
aſſerendum eſt, non modo infidelitate, ꝑ quã Rom.16.
& ipſa fides amittitur, ſed etiam quocũq; alio
peccato mortali, quanuis nõ amittatur fides,
acceptam iuſtificationis gratiam amitti, diui-
næ legis doctrinam defendẽdo, quæ a regno
Dei non ſolum infideles excludit, ſed fideles 1. Tim.1.
quoq; fornicarios, adulteros, molles, maſculo-
rum, cõcubitores, fures, auaros, ebrioſos, ma-
ledicos, rapaces, cæteroſq; omnes qui talia
committunt peccata: a quibus, cum diuinæ
gratiæ adiumento, abſtinere poſſunt, & pro
quibus a Chriſti gratia ſeparantur.

De fructu iuſtificationis, hoc eſt, de merito bonorum operum, deq; ipſius meriti ratione.

HAc igitur ratione iuſtificatis hominibus, 16
ſiue acceptam gratiam perpetuo conſer-
uauerint, ſiue amiſſam recuperauerint, propo-
nenda ſunt Apoſtoli uerba, Abundate in om-
ni opere bono, ſcientes ꝙ labor ueſter non eſt 1.Cor.15.
inanis in Domino. Non enim iniuſtus eſt Deus,
ut obliuiſcatur operis ueſtri, & dilectiõis quã Hebre. 6
oſtendiſtis in nomine ipſius. & Nolite amit-
tere confidentiam ueſtram, quæ magnã ha- Hebr.10
bet remunerationem: atq; ideo bene operan-
tibus uſque in finem, & in Deo ſperãtibus, pro-
ponenda eſt uita æterna, & tanquam gratia
filiis Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer
promiſſa, & tanquã merces ex ipſius Dei pro-
miſſione, bonis ipſorum operibus & meritis
fideliter reddenda. Hæc eſt enim illa corona
iuſtitiæ, quam poſt ſuum certamẽ & curſum
repoſitam ſibi eſſe aiebat Apoſtolus, a iuſto 2.Tim. 4
iudice ſibi reddendam, non ſolum autẽ ſibi,
ſed &

ſed & omnibus qui diligunt aduentum eius.
Cùm enim ille ipſe Chriſtus Ieſus tāquam ca-
put in membra, & tanquam uitis in palmites,
in ipſos iuſtificatos iugiter uirtutem influat,
quę uirtus bona eorum opera ſemper antece-
dit, comitatur et ſubſequitur, et ſine qua nullo
pacto DEO grata & meritoria eſſe poſſent,
nihil ipſis iuſtificatis amplius deeſſe credendū
eſt, quo minùs plenè illis quidē operibus, quæ
in Deo ſunt facta, diuinæ legi pro huius uitæ
ſtatu ſatisfeciſſe, & uitā (æternā ſuo ēt tēpore,
ſi tamē in gratia deceſſerint, cōſequendā uerè
Ioan 4. promeruiſſe cenſeātur, cum Chriſtus ſeruator
noſter dicat: Si quis biberit ex aqua quā ego
dabo ei, nō ſitiet in æternū, ſed fiet in eo fons
aquæ ſalientis in uitā æternā. Itaq; neq; propria
noſtra iuſtitia, tanq̄ ex nobis ꝓpria, ſtatuitur:
neq; ignoratur aut repudiatur iuſtitia Dei quę
enim iuſtitia noſtra dicitur, quia per eā nobis
inhærentē iuſtificamur, illa eadē Dei eſt, quia
à Deo nobis infunditur per Chriſti meritum.
Neq; uerò illud omittendum eſt, q̄ licet bonis
operibus in ſacris literis uſq; adeò tribuatur,
Mat. 10. ut etiā, qui uni ex minimis ſuis potum aquæ
frigidæ dederit, promittat Chriſtus eum non
eſſe ſua mercede cariturum, & Apoſtolus te-
2. Cor. 4. ſtetur, id quod in præſenti eſt momentaneum
& leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in
ſublimitate æternum gloriæ pondus operari
in nobis: abſit tamen, ut Chriſtianus homo
in ſeipſo uel confidat uel glorietur, & nō in do
mino, cuius tāta eſt erga omnes homines bo-
nitas, ut eorū uelit eſſe merita, quæ ſunt ipſius
Iaco. 3. dona. Et quia in multis offendimus oēs unuſ
quiſq; ſicut miſericordiā & bonitatē, ita ſeueri-
tatē & iudiciū ante oculos habere debet: neq;
ſeipſum aliquis, etiā ſi nihil ſibi conſcius fue-
rit, iudicare: quoniam omnis hominum, uita,
1. Cor. 4. nō humano iudicio examinādа & iudicanda
eſt, ſed Dei, qui illuminabit abſcondita tene-
brarum, & manifeſtabit conſilia cordium, &
Matt. 16. tunc laus erit unicuiq; à Deo, qui, ut ſcriptum
Roma. 6. eſt, reddet unicuique ſecundum opera ſua.
Poſt hanc catholicam de iuſtificatione doctri
nam, quam niſi quiſque fideliter firmiterq;
acceperit, iuſtificari non poterit, placuit ſanctę
Synodo hos canones ſubiungere, ut omnes
ſciant, non ſolum quid tenere & ſequi, ſed
etiam quid uitare & fugere debeant.

CANONES.

1. SI quis dixerit hominē ſuis operibus, quæ uel per humanæ naturæ uires, uel p legis doctrinam, fiunt abſq; diuina per Ieſum Chriſtum Gratia, poſſe iuſtificari coram Deo, Anathema ſit.

2 Si quis dixerit, ad hoc ſolum diuinam gratiam per Ieſum Chriſtum dari, ut facilius homo iuſte uiuere, ac uitam æternam promereri poſſit, quaſi per liberum arbitrium ſine gratia utrunq; ſed ægre tamen & difficulter poſſit, Anathema ſit.

3 Si quis dixerit, ſine præueniente Spiritus ſancti inſpiratione, atq; eius adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, ut ei iuſtificationis gratia conferatur, Anathema ſit.

4 Si quis dixerit, liberū hominis arbitrium, a Deo motū & excitatum, nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti atq; uocanti, quo ad obtinendam iuſtificationis gratiā ſe diſponat, & præparet, neq; poſſe diſſētire, ſi uelit, ſed uelut inanime quoddā, nihil omnino agere, mereq; paſſiue ſe habere, Anathema ſit.

5 Si quis liberum hominis arbitrium, poſt Adæ peccatū, amiſſum & extinctum eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo, imo titulum ſine re, figmentum deniq; a ſatana inuectum in Eccleſiam, Anathema ſit.

6 Si quis dixerit, non eſſe in poteſtate hominis uias ſuas malas facere, ſed mala opera ita, ut bona, Deum operari, non permiſſiue ſolū, ſed etiam proprie & per ſe, adeo ut ſit propriū eius opus non minus proditio Iudæ, quàm uocatio Pauli, Anathema ſit.

7 Si quis dixerit opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, quacunq; ratione facta ſint, uere eē peccata, uel odiū Dei mereri: aut quāto uehemētius qs nititur ſe diſponere ad gratiā, tanto eū grauius peccare, Anathema ſit.

8 Si quis dixerit gehennæ metū, per quē ad miſericordiā Dei de peccatis dolendo confugimus, uel a peccato abſtinemus, peccatū eē, aut peccatores peiores facere, Anathema ſit.

9 Si quis dixerit ſola fide impium iuſtificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad iuſtificationis gratiā conſequendā cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſſe, eū ſuæ uolūtatis motu præparari atq; diſponi, Anathema ſit.

10 Si quis dixerit homines ſine Chriſti iuſtitia per quā nobis meruit, iuſtificari, aut per eam ipſam formaliter iuſtos eſſe, Anathema ſit.

11 Si quis dixerit, homines iuſtificari uel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, uel ſola peccatorum remiſſione, excluſa gratia & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritumſanctū diffundatur, atq; illis inhæreat, aut etiam gratiam qua iuſtificamur, eſſe tantum fauorem Dei, Anathema ſit.

1 Si quis dixerit, fidem iuſtificantem nihil aliud eſſe quàm fiduciam diuinæ miſericor-

diæ, peccata remittentis propter Chriſtum, uel eam fiduciam ſolam eẽ qua iuſtificamur, Anathema ſit.

13 Si quis dixerit, omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſequendam, neceſſariũ eſſe ut credat certo & abſque ulla hæſitatiõe propriæ infirmitatis & indiſpoſitionis, peccata ſibi eſſe remiſſa, Anathema ſit.

14 Si quis dixerit, hominem abſolui a pecca-
* 1012 tis, aut iuſtificari, ex eo ꝙ ſe abſolui aut iuſtificari certo credat, aut neminem uere eſſe iuſtificatum, niſi qui credit ſe eſſe iuſtificatum, & hac ſola fide abſolutionem & iuſtificationem perfici, Anathema ſit.

15 Si quis dixerit, hominẽ renatum & iuſtificatum, teneri ex fide ad credendum ſe certò eſſe ex numero prędeſtinatorũ, Anathema ſit.

16 Si quis magnũ illud uſq; in finẽ perſeuerantiæ donum ſe certò habiturum abſoluta & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali reuelatione didicerit, Anathema ſit.

17 Si qs iuſtificationis gratiã nõ niſi prædeſtinatis ad uitã contingere dixerit, reliquos uero omnes qui uocantur, uocari quidẽ, ſed gratiã non accipere, utpote diuina poteſtate prædeſtinatos ad malum, Anathema ſit.

18 Si quis dixerit, Dei præcepta homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto, eſſe ad obſeruandum impoſſibilia, Anathema ſit.

19 Si quis dixerit, nihil præceptũ eſſe in Euangelio præter fidem, cætera eſſe indifferentia, neque pręcepta, neq; prohibita, ſed libera, aut decem præcepta nihil pertinere ad Chriſtianos, Anathema ſit.

20 Si qs hoiem iuſtificatũ, & quantũlibet pfectũ, dixerit nõ teneri ad obſeruantiã mandatorũ Dei & Eccleſiæ, ſed tantũ ad credendũ: quaſi uero Euangelium ſit nuda & abſoluta promiſſio uitæ æternæ, ſine conditione obſeruationis mandatorum, Anathema ſit.

21 Si quis dixerit, Chriſtũ Ieſum à Deo hominibus datũ fuiſſe, ut redemptorẽ cui fidãt, nõ etiã ut legiſlatorẽ cui obediãt, Anathema ſit.

22 Si quis dixerit, iuſtificatum uel ſine ſpeciali auxilio Dei in accepta iuſtitia pſeuerare poſſe, uel cum ea non poſſe, Anathema ſit.

23 Si quis hominem ſemel iuſtificatum, dixerit amplius peccare nõ poſſe, neq; gratiã amittere, atq; ideo eũ qui labitur & peccat, nũquã uere fuiſſe iuſtificatũ, aut contra, poſſe in tota uita peccata omnia etiã uenialia uitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quẽadmodũ de beata uirgine tenet Eccleſia, Anathema ſit.

24 Si quis dixerit iuſtitiam acceptam non conſeruari, atq; etiam non augeri corã Deo per bona opera, ſed ipſa opera fructus ſolũmodo & ſigna eſſe iuſtificationis adeptæ, non etiam ipſius augendę cauſam, Anathema ſit

25 Si qs in quolibet bono ope iuſtũ ſaltẽ uenialiter peccare dixerit, aut qd intolerabilius eſt, mortaliter, atq; ideo pœnas æternas mereri, tãtumq; ob id nõ dãnari, quia Deus ea opa nõ imputet ad dãnationẽ, Anathema ſit.

26 Si quis dixerit iuſtos pro bonis operibus nõ debere, quæ in Deo fuerint facta, expectare & ſperare æternã retributionẽ a Deo per eius miſericordiã, & Ieſu Chriſti meritum, ſi bene agendo, & diuina mandata cuſtodiendo uſq; in finem perſeuerauerint, Anathema ſit.

27 Si qs dixerit nullũ eſſe peccatũ mortale, niſi infidelitatis, aut nullo alio quãtũuis graui & enormi, præterq̃ infidelitatis peccato, ſemel acceptam gratiam amitti, Anathema ſit.

28 Si quis dixerit amiſſa per peccatum gratia ſimul & fidem ſemper amitti, aut fidem quæ remanet, non eſſe ueram fidem, licet non ſit uiua, aut eum qui fidem ſine charitate habet non eſſe Chriſtianum, Anathema ſit.

29 Si quis dixerit eũ q poſt baptiſmum lapſus eſt, nõ poſſe per Dei gratiã reſurgere, aut poſſe quidẽ, ſed ſola fide amiſſam iuſtitiã recuperare ſine ſacramento pœnitentiæ, prout ſancta Romana & uniuerſalis Eccleſia a Chriſto Domino & eius Apoſtolis edocta, hucuſque profeſſa eſt, ſeruauit & docuit, Anathema ſit.

30 Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ uel in hoc ſeculo, uel in futuro in Purgatorio, antequàm ad regna cœlorum aditus patere poſſit, Anathema ſit.

31 Si qs dixerit iuſtificatũ peccare, dũ intuitu æternæ mercedis bene opatur, Anathema ſit.

32 Si qs dixerit, hominis iuſtificati bona opa ita eſſe dona Dei, ut non ſint etiã bona ipſius iuſtificati merita, aut ipſum iuſtificatũ bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam & Ieſu Chriſti meritum, cuius uiuum membrũ eſt, fiunt, non uero mereri augmentum gratiæ uitam æternam, & ipſius uitæ æternæ, ſi tamen in gratia deceſſerit, conſecutionem atq; glorię etiam augmentum, Anathema ſit.

33 Si quis dixerit, per hanc doctrinã Catholicam de iuſtificatione, a ſancta Synodo hoc præſenti decreto expreſſam, aliqua ex parte gloriæ Dei uel meritis Ieſu Chriſti domini noſtri derogari, & nõ potius ueritatẽ fidei noſtrę Dei denique, & Ieſu Chriſti gloriam illuſtrari, Anathema ſit.

1013 SEXTE SESSIONIS PRIMVM DEcretum Promulgatum, de Sacramentis, uidelicet de Baptiſmo & Confirmatione, ſub die tertia Martij, 1547. in Concilio Tridentino.

AD conſummationem ſalutis de Iuſtificatione doctrinæ, quæ in præcedēte proxima ſeſſione, uno omnium patrum conſenſu promulgata fuit, cōſentaneū uiſum eſt de ſanctiſsimis Eccleſiæ ſacramentis agere, per quæ omnis uera iuſtitia uel incipit, uel cœpta augetur, uel amiſſa reparatur. Propterea ſacroſancta Tridentina in Spirituſancto legitime congregata Synodus ad errores eliminandos & extirpandas hæreſes, quæ circa ſanctiſsima ipſa ſacramenta hac noſtra tempeſtate, tum de damnatis olim a patribus noſtris hæreſibus ſuſcitatæ, tum etiam de nouo adinuentæ ſunt, quæ catholicæ Eccleſiæ puritati & animarum ſaluti magnopere officiunt, ſanctarum ſcripturarum doctrinæ, Apoſtolicis traditionibus atq; aliorum Conciliorum & patrum cõſenſui inhærendo, hos præſentes Canones ſtatuendos & decernendos cenſuit, reliquos qui ſupſunt ad cœpti operis perfectionem, deinceps diuino ſpiritu adiuuante editura.

CANONES DE SACRAMENTIS in Genere.

1 Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia a Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtituta, aut eſſe plura uel pauciora quàm ſeptem, uidelicet Baptiſmum, Confirmationē, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionem, Ordinem & Matrimonium, aut etiā aliquod horum ſeptem non eſſe uere & proprie ſacramentum, Anathema ſit.

2 Si quis dixerit, ea ipſa nouæ legis ſacramenta a ſacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia cæremoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi, Anathema ſit.

3 Si quis dixerit, hæc ſeptem ſacramenta ita eſſe inter ſe paria, ut nulla ratiōe aliud ſit alio dignius, Anathema ſit.

4 Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua, & ſine eis aut eorum uoto per ſolam fidem homines a Deo gratiā iuſtificatiōis adipiſci, licet oīa ſingulis neceſſaria nō ſint, Anathema ſit.

5 Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter ſolā fidē nutriēdā inſtituta fuiſſe, Anathema ſit.

Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis non continere gratiā quā ſignificant, aut gratiam ipſam nō ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantū externa ſint acceptæ p fidē gratiæ uel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeſsionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, Anathema ſit. 6

Si quis dixerit, non dari gratiam per huiuſmodi ſacramenta ſemper & omnibus, quantum eſt ex parte Dei, ſi rite ea ſuſcipiāt, ſed aliquando & aliquibus, Anathema ſit. 7

Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis ſacramēta ex opere operato non conferri gratiam, ſed fidem ſolam diuinæ promiſsionis, ad gratiā conſequendā ſufficere, Anathema ſit. 8

Si quis dixerit, in tribus ſacramentis, Baptiſmo ſcilicet, Confirmatione & Ordine, nō imprimi characterem in anima, hoc eſt, ſignum quoddam ſpirituale & indelebile, unde ea iterari non poſſunt, Anathema ſit.

Si quis dixerit, Chriſtianos omnes in uerbo & omnibus ſacramentis adminiſtrandis habere poteſtatem, Anathema ſit. 10

Si quis dixerit, in miniſtris, dum ſacramenta conficiunt & conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi quod facit Eccleſia, Anathema ſit. 11

Si quis dixerit, miniſtrum in peccato mortali exiſtentem, modo omnia eſſentialia, quæ ad ſacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere aut conferre ſacramentum, Anathema ſit. 12

Si quis dixerit, receptos & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſolenni ſacramentorū adminiſtratione adhiberi cōſuetos, aut cōtemni, aut ſine peccato a miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios p quemcunq; Eccleſiarū paſtorē mutari poſſe. Anathema ſit. 13

DE BAPTISMO.

Si quis dixerit, Baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem uim cum Baptiſmo Chriſti, Anathema ſit. 1

Si quis dixerit, aquam uerā & naturalē nō eſſe de neceſsitate Baptiſmi, atq; ideo uerba illa Domini noſtri Ieſu Chriſti, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spirituſancto, ad metaphorā aliquam detorſerit, Anathema ſit. 2 Ioa.3.

Si quis dixerit, in Eccleſia Romana, quæ omnium Eccleſiarum mater eſt & magiſtra, non eſſe ueram de Baptiſmi ſacramento doctrinam, Anathema ſit. 3

Si quis dixerit, Baptiſmum, qui etiam datus hæreticis in nomine Patris & Filij & Spirituſancti, cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, non eſſe uerum Baptiſmum, Anathe- 4 1014

nathema ſit.

5 Si quis dixerit, Baptiſmum liberum eſſe hoc eſt, nō neceſſarium ad ſalutem, Anathema ſit.

6 Si quis dixerit, baptizatum nō poſſe, etiam ſi uelit, gratiam amittere, quantumcunq; peccet, niſi nolit credere. Anathema ſit.

7 Si quis dixerit, baptizatos, per baptiſmū ipſum ſolius tantùm fidei debitores fieri, non autem uniuerſæ legis Chriſti ſeruandæ, Anathema ſit.

8 Si quis dixerit, Baptizatos liberos eſſe ab omnibus ſanctæ Eccleſiæ præceptis, quæ uel ſcripta uel tradita ſunt, ita ut ea obſeruare nō teneantur, niſi ſe ſua ſponte illis ſubmittere uoluerint, Anathema ſit.

9 Si quis dixerit, Ita reuocandos eſſe homines ad baptiſmi ſuſcepti memoriam, ut uota omnia, quæ poſt baptiſmum fiunt, ui promiſſionis in Baptiſmo ipſo iam factæ, irrita eſſe intelligant, quaſi per ea & fidei quam profeſſi ſunt, detrahat, & ipſi baptiſmo, Anathema ſit.

10 Si quis dixerit, peccata omnia, quæ poſt Baptiſmum fiunt, ſola recordatione & fide ſuſcepti baptiſmi uel dimitti, uel uenialia fieri, Anathema ſit.

11 Si quis dixerit, Verum & ritè collatum baptiſmum iterandum eſſe illi, qui apud infideles fidem Chriſti negauerit, cùm ad pœnitentiam conuertitur, Anathema ſit.

12 Si quis dixerit, neminem eſſe baptizandum, niſi ea ætate, qua Chriſtus baptizatus eſt, uel in ipſo mortis articulo, Anathema ſit.

13 Si quis dixerit, Paruulos, eo quod actū credendi non habent, ſuſcepto baptiſmo inter fideles computandos non eſſe, ac propterea cùm ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe rebaptizandos, aut præſtare omitti eorum baptiſma, quàm eos non actu proprio credētes, baptizari in ſola fide Eccleſiæ, Anathema ſit.

14 Si quis dixerit, Huiuſmodi paruulos baptizatos, cùm adoleuerint, interrogandos eſſe, an ratum habere uelint, quod patrini eorū nomine dum baptizarentur, polliciti ſunt, & ubi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad chriſtianā uitam cogendos, niſi ut ab Euchariſtiæ aliorumq; ſacramentorum perceptione arceātur, donec reſipiſcant, Anathema ſit.

DE CONFIRMATIONE.

1 Si quis dixerit, Confirmationem baptizatorum ocioſam cæremoniam eſſe, & non potiùs uerum & proprium ſacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quàm catecheſim qua adoleſcentiæ proximi, fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant, Anathema ſit.

Si qs dixerit, Iniurios eſſe Spirituiſancto eos, 2 qui ſacro Confirmationis chriſmati uirtutē aliquam tribuunt, Anathema ſit.

Si quis dixerit, Sanctæ Confirmationis or- 3 dinarium miniſtrum, non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quēuis ſimplicem ſacerdotem, Anathema ſit.

FINIS PRIMI DECRETI SExtæ ſeſsionis Concilij Tridentini.

SECVNDVM DECRETVM RESIDENTIAE.

EADEM SACRO ſancta Synodus, eiſdem præſidentibus & Legatis, inceptum reſidentiæ & Reformationis negocium, ad Dei laudem, & Chriſtianæ Religionis incrementum proſequi intendens, ut ſequitur, ſtatuendum cenſuit, ſalua ſemper in omnibus ſedis Apoſtolicæ authoritate.

Ad cathedralium Eccleſiarum regimen, nul 1 lus niſi ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura, grauitate morum, literarumq; ſciētia, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij, quæ incipit (Cùm in cunctis) in concilio Lateranē ſi promulgatam, præditus aſſumatur.

Nemo quacunq; etiam dignitate, gradu, 2 aut præeminentia præfulgens, plures metropolitanas ſeu cathedrales Eccleſias in titulum ſiue commendam, aut alio quouis nomine, cōtra ſacrorum Canonum inſtituta recipere, & ſimul retinere præſumat: cùm ualdè felix ſit ille cenſendus, cui unam Eccleſiam benè ac fructuoſè, & cum animarum ſibi commiſſarum ſalute regere contigerit. Qui autem plures Eccleſias contra præſentis Decreti tenorem nūc detinent, una quam maluerint retenta, reliquas infra ſex menſes, ſi ad liberam ſedis Apoſtolicæ diſpoſitionem pertineāt, aliàs īfra annum dimittere teneantur: alioquin Eccleſiæ ipſæ (ultimò obtenta duntaxat excepta) eo ipſo uacare cenſeantur.

Inferiora beneficia, præſertim curam ani- 3 marum habētia, perſonis dignis & habilibus, & quæ in loco reſidere, ac per ſeipſas curam ipſam exercere ualeant, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij in Lateranenſi, (quæ incipit, Quia nonnulli) & aliam Gregorij decimi, in

generali Lugdunenſi Concilio (quæ incipit : Licèt canon) editam, conferantur. Aliter autem facta collatio ſiue prouiſio, omnino irritetur,& ordinarius collator pœnas conſtitutionis Concilij generalis, quæ incipit, Graue nimis,ſe nouerit incurſurum.

4 Quicúque decætero plura curata,aut alias incópatibilia beneficia, eccleſiaſtica, ſiue per uiam unionis ad uitam, ſeu cómendæ perpetuæ aut alio quocúque nomine & titulo cōtra formā ſacrorum canonū,& præſertim Cōſtitutionis Innocentij tertij, (quæ incipit, De multa)recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit,beneficijs ipſis iuxta ipſius Conſtitutionis diſpoſitionem ipſo iure,etiam præſentis canonis uigore priuatus exiſtat.

5 Ordinarij locorum quoſcunque plura curata, aut alias incompatibilia beneficia eccleſiaſtica obtinentes, diſpēſationes ſuas exhibere diſtrictè compellant,& aliàs procedant iuxta conſtitutionē Gregorij decimi in generali Lugdunēſi Cōcilio editā,(q̄ incipit,Ordinarij) q̄ eadē ſancta Synodus innouādā cēſet,& innouat:addēs inſupèr,quòd ipſi ordinarij etiā per idoneorū uicariorū deputationē, & congruæ portionis fructuū aſſignationem oīno prouideāt, ut animarū cura nullatenùs negligatur, & beneficia ipſa debitis obſequijs minimè defraudent,appellatiōibus,priuilegijs,& exēptionibus quibuſcūq;, etiā cum iudicu ſpecialiū deputatione & illorum inhibitionibus in pręmiſſis nemini ſuffragantibus.

6 Vniones perpetuæ à quadraginta annis citrà factæ, examinari ab ordinarijs tanquàm à ſede apoſtolica delegatis poſſint, & quæ per ſurreptionē uel obreptionem obtētæ fuerint, irritæ declarentur. Illæ uerò q̄ a dicto tēpore citrà,cōceſſæ,nondū in toto uel in parte ſortitæ ſunt effectum, & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiā fiēt,niſi eas ex legitimis aut aliàs rationabilibus cauſis corā loci ordinario, uocatis quorum intereſt, uerificādis factas fuiſſe cōſtiterit,per ſurreptionem obtentæ præſumātur: ac propterea,niſi aliter à ſede Apoſtolica declaratum fuerit,uiribus omnino careant.

7 Beneficia eccleſiaſtica curata, quæ cathedralibus,collegiatis ſeu alijs eccleſijs, uel monaſterijs,beneficijs,ſeu collegijs, aut pijs locis quibuſcunque perpetuò unita & annexa reperiuntur, ab ordinarijs locorum annis ſingulis uiſitentur,qui ſolicitè prouidere procurent,ut per idoneos uicarios perpetuos,niſi ipſis ordinarijs pro bono eccleſiarum regimine aliter expedire uidebitur,ab eis cū tertiæ partis fructuum,aut maiori uel minori,arbitrio ipſorū ordinariorum, portione, etiam ſuper certa re aſſignanda,ibidem deputādos ,animarū cura laudabiliter exerceatur, appellationibus, priuilegijs,exēptionibus,etiā cū iudicū deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcūq; in præmiſſis minimè ſuffragantibus.

Locorum ordinarij eccleſias quaſcunque quomodolibèt exemptas authoritate Apoſtolica ſingulis annis uiſitare teneantur,& opportunis remedijs prouidere, ut quæ reparatione indigent,reparentur,& cura animarum,ſi qua illis immineat, alijsq; debitis obſequijs minimè defraudentur,appellationibus,priuilegijs,conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tēpore præſcriptis, iudicū deputationibus, & illorum inhibitionibus penitùs excluſis. 8

Ad maiores eccleſias promoti, munus conſecrationis infra tempus a iure ſtatutum ſuſcipiant, & prorogationes ultra ſex menſes conceſſæ,nulli ſuffragentur. 9

Non liceat capitulis eccleſiarum, ſede uacāte,infra annum a die uacationis,ordinandi licentiam,aut literas dimiſſorias,ſeu reuerēdas, ut aliqui uocant,tam ex iuris cōmunis diſpoſitione,quàm etiam cuiuſuis priuilegij aut conſuetudinis uigore,alicui qui bñficij eccleſiaſtici recepti ſiue recipiēdi occaſione arctatus nō fuerit,cōcedere:ſi ſecùs fiat, capitulū contrauenienſ eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto: & ſic ordinati,ſi in minoribus ordinibus conſtituti,nullo priuilegio clericali,pſertim in criminalibus,gaudeant:In maioribus uerò,ab executione ordinū,ad beneplacitū futuri prælati, ſint ipſo iure ſuſpenſi. 10

Facultates de promouendo a quocunq;,nō ſuffragētur,niſi habentibus legitimā cauſam, ob quā a proprijs epis ordinari nō poſſint, in literis exprimēdā:& tūc nō ordinentur , niſi ab epiſcopo in ſua diœceſi reſidēte, aut pro eo pōtificalia exercēte,& diligēti præuio examine. 11

Facultates de non promouendo , præterq̄ in caſibus a iure expreſſis conceſſæ , ad annū tantùm ſuffragentur. 12

Præſentati aut electi uel nominati a quibuſuis eccleſiaſticis perſonis, etiam, ſedis Apoſtolicæ nuncijs,ad quæuis eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur,neque confirmentur, neque admittantur etiam prætextu cuiuſuis priuilegij ſeu conſuetudinis , etiam ab immemorabili tempore præſcriptę,niſi fuerint priùs a locorum ordinarijs examinati & idonei reperti , & nullius appellationis remedio ſe tueri poſſint quo minùs examen ſubire teneantur, præſentatis tñ,electis,ſeu noīatis ab uniuerſitatibus ſeu collegijs generalium ſtudiorum,exceptis. 13

In exempto

14 In exemptorum cauſis conſtitutio Innocentij quarti (quæ incipit, Volẽtes) in generali Cõcilio Lugdunenſi edita, ſeruetur: quam eadem ſacroſancta Synodus innouandã cẽſuit & innouat, addẽdo inſupèr quòd in ciuilibus cauſis mercedũ & miſerabiliũ perſonarũ, clerici ſeculares aut regulares extra monaſteriũ degentes, quomodolibèt exempti (etiam ſi certũ iudicem a ſede Apoſtolica deputatũ in partibus habeant, in alijs uerò ſi ipſum iudicem nõ habuerint) coram locorũ ordinarijs, tanquam in hoc ab ipſa ſede delegatis, cõueniri & iure medio ad ſoluendum debitum cogi & compelli poſſint, priuilegijs, exemptionibus, conſeruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus, aduerſus præmiſſa nequaquã ualituris.

15 Curent ordinarij, ut hoſpitalia quæcunque a ſuis adminiſtratoribus (quocunque illi nomine cenſeantur, etiã quomodolibèt exẽptis) fideliter & diligẽter gubernẽtur, cõſtitutionis Cõcilij Viennẽſis, quę incipit, Quia cõtigit, forma ſeruata: quã quidem conſtitutionẽ eadem ſancta Synodus renouandam duxit & innouat, cum derogationibus in ea contentis.

Item hæc ſacroſancta Synodus ſtatuit & decreuit proximam futuram Seſſionem habẽdam & celebrandam eſſe die Iouis feria quinta poſt ſequẽtem dñicam in albis, quæ erit uigeſimaprima mẽſis Aprilis pſentis anni. 1547.

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

EADEM ſacroſancta Synodus, eiſdem præſidẽtibus, & Apoſtolicæ ſedis legatis, ad reſtituendam collapſam admodùm accleſiaſticam diſciplinã, deprauatóſque in clero & populo Chriſtiano mores emendandos ſe accingere uolens: ab ijs qui maioribus eccleſijs præſunt, initium cenſuit eſſe ſumendũ. Integritas enim præſidentium, ſalus eſt ſubditorum. Cõfidẽs itaq; per domini ac Dei noſtri miſericordiam, prouidamq́; ipſius Dei in terris uicarij ſolertiã, omnino futurum, ut ad eccleſiarum regimen (onus quippe angelicis humeris formidãdũ) qui maximè digni fuerint, quorumq́; prior uita ac omnis ætas à puerilibus exordijs uſq; ad perſectiores annos, per diſciplinæ eccleſiaſticæ ſtipendia laudabiliter acta teſtimonium præbeat, ſecundum uenerabiles beatorũ patrũ Sanctiones aſſumant: Omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & cathedralibus eccleſijs quibuſcunque, quouis nomine ac titulo præfectos monet, ac monitos eſſe uult, ut attendentes ſibi & uniuerſo gregi, in quo ſpiritusſanctus poſuit eos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, Acto. 20 uigilent: ſicut Apoſtolus præcipit, in omnibus laborent, & miniſterium ſuum impleant. Implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant: atque ouium ſuarum (quarum ſanguis de eorum manibus eſt à ſupremo iudice 2 Thi. 4 requirendus) cuſtodiæ minimè incumbant: cùm certiſſimum ſit, non admitti paſtoris excuſationem, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit. Ac nihilominùs quia nonnulli (quod uehemẽter dolendum eſt) hoc tempore reperiũtur, qui proprię etiã ſalutis imemores, terrenaq; cœleſtibus, ac diuinis humana præferentes, in diuerſis curis uagantur: aut negociorũ temporalium ſolicitudine (ouili derelicto, atq; ouium ſibi commiſſarum cura neglecta) ſe detinent occupatos: Placuit ſacroſanctæ Synodo antiquos Canones, qui temporum atque hominum iniuria penè in deſuetudinem abierunt, aduerſus non reſidentes promulgatos innouare, quẽadmodùm uirtute præſentis Decreti innouat: ac ulteriùs pro firmiori eorundẽ reſidentia, & reformãdis in eccleſia moribus in hũc qui ſeqtur, modũ, ſtatuere atq; ſancire.

Si quis à Patriarchali, primatiali, metropolitana ſeu cathedrali eccleſia, ſibi quocunque titulo, cauſa, nomine ſeu iure commiſſa, quacunque ille dignitate, gradu ac præeminentia præfulgeat (legitimo impedimento, ſeu iuſtis & rationabilibus cauſis ceſſantibus) ſex menſibus continuis extra ſuam diœceſim morando abfuerit: quartę partis fructuum unius anni, fabricæ eccleſiæ & pauperibus loci, per ſuperiorem eccleſiaſticum applicandórum, pœnam ipſo iure incurrat. Quòd ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit, aliam quartam partem fructuum ſimilter applicandam eo ipſo amittat. Creſcente uerò cõtumacia, (ut ſeueriori ſacrorum canonum cẽſurę ſubijciatur) Metropolitanus ſuffraganeos epiſcopos abſentes, Metropolitanum uerò abſentem ſuffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens, ſub pœna interdicti ingreſſus eccleſię, eo ipſo incurrenda, infra tres menſes per literas ſeu nuncium Romano Pontifici denunciare teneatur: qui in ipſos abſentes (prout cuiuſque maior aut minor contumacia exegerit) ſuæ ſupremæ ſedis authoritate animaduertere, & eccleſijs ipſis de paſtoribus utilioribus prouidere poterit, ſicut in domino nouerit ſalubriter expedire.

2 Epiſcopis inferiores quęuis beneficia eccleſiaſtica, pſonalem reſidentiam de iure ſeu conſuetudine exigentia, in titulum ſiue cõmendã obtinentes, ab eoꝝ ordinarijs (quemadmodù eis pro bono eccleſiaꝝ regimine, & diuini cultus augmento, locoꝝ & perſonarum qualitate penſata, expediẽs uidebitur) opportunis iuris remedijs reſidere cogantur: Nulliq́ꝫ priuilegia ſeu indulta ꝑpetua de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia ꝑcipiendis ſuffragentur: indulgentijs uerò & diſpenſationibus tpalibus, ex ueris & rõnabilibus cauſis tantũ conceſsis, & corã ordinario legitimè ꝓbandis, in ſuo robore ꝑmanſuris. Quibus caſibus, nihilominus officium ſit Epoꝝ, tanq̃ in hac parte à ſede apoſtolica delegatoꝝ ꝓuidere, ut per deputationem idoneoꝝ uicarioꝝ, & congruę portionis fructuum aſsignationem, cura aiaꝝ nullatenùs negligatur: nemini, quo ad hoc, priuilegio ſeu exemptione quacunq́ꝫ ſuffragãte.

3 Eccleſiaꝝ pręlati, ad corrigẽdum ſubditoꝝ exceſſus, prudenter ac diligenter intendant. & nemo clericus ſecularis, uel cuiuſuis ordinis pſonalis, uel regularis extra monaſterium degens, ẽt ſui ordinis priuilegij p̃textu tutus cenſeatur, quo minùs, ſi deliquerit, ab ordinario loci, tanquam ſup hoc a ſede apoſtolica delegato, ſecundum canonicas ſanctiones uiſitari, puniri & corrigi ualeat.

4 Capitula cathedralium & aliaꝝ maioꝝ eccleſiarum, illorumq́ꝫ pſonæ, nullis exemptionibus, cõſuetudinibus, ſententijs, iuramentis, concordijs (quę tantùm ſuos obligent authores, nõ etiam ſucceſſores) tueri ſe poſſint, quo minùs a ſuis epĩs & alijs maioribus prælatis, per ſeipſos ſolos, uel illis qbus ſibi uidebitur adiunctis, iuxta canonicas ſanctiones, totiès quotiès opus fuerit, uiſitari, corrigi & emẽdari, ẽt authoritate apoſtolica poſsint & ualeãt.

5 Nulli epõ liceat cuiuſuis priuilegij prętextu põtificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de ordinarij loci expreſſa licentia, & in pſonas eidem ordinario ſubiectas tantùm. Si ſecùs factum fuerit, ep̃s ab exercitio pontificalium, & ſic ordinati, ab executione ordinum, ſint ipſo iure ſuſpenſi.

FINIS.

Hucuſq; progreſſum fuit Cõcilium generale Tridentinum ſub Paulo tertio, a quo poſtea Concilium idem Bononiam tranſlatum, illic ad tempus eſt intermiſſum. Interim uerò Paulus tertius uiã uniuerſæ carnis ingreſſus, ſucceſſorem habuit Iulium tertium: de quo quid ſperari poßit, ex his quæ hoc loco immediatè ſubijciuntur, æſtimare licebit.

EX APPENDICE, VITIS PONTIFICVM A PLATINA DE-*ſcriptis, adiecta paucula de Iulio III.*

IVLIVS III. patria Aretinus, Ioãnes Maria de monte ante pontificatũ appellatus, mortuo Paulo tertio, poſt diuturnã Patrum in conclaui diſceptationẽ, pręter oium expectationem, oium tandem cõſenſu, ex Prænestino epõ ſumm⁹ põtifex deſignatur, anno dñi 1550. 7. Idus Febr. Iulij tertij adſcito ſibi noie. pauloq́ꝫ poſt coronatur in ſolẽnibus cathedræ diui Petri ferijs, Vir cũ eruditus & eloquẽs, tum rerũ non mediocriter expertus: quoꝝ alterum qdem teſtatur oratio, q̃ iunior adhuc, in qnta Seſsione Lateranẽ. Concilij ſub Iulio ſecundo habuit: alterum uerò, ꝙ Auditoris Apoſtolicæ cameræ munus cum laudæ adminiſtrauit, abũdè oſtẽdit. Erat illi patruus Antonius de Mõte, Rotæ auditor, qui Cardinalis ſanctę Praxedis ſub Iulio ſecundo factus, archiep̃atũ Sipõtinũ nepoti reſignauit. Is porrò deinceps lõgè pòſt, Cardinaliũ collegio à Paulo tertio aſcriptus, Pauli noie, licèt non ſolus, Concilio Tridentino per Paulũ incepto, legatus præſedit. Põtifex factus, mox Iubileũ celebrat, utpote qui in annũ qnquageſimũ ſui electione incidiſſet. Statimq́ꝫ magnã de ſe ſpem præbet cõponendaꝝ per Europã controuerſiarũ, pręſertim religionis, qbus miſerrimè ꝑ triginta annos & ampliùs diſtracta eſt in uarias ſectas Germania. Nã primo põtificatus ſui anno, ad decimũoctauũ Calẽd. Decemb. edito Romæ diplomate, Conciliũ œcumenicũ, qđ dudum Tridenti inchoatũ erat, ſed aliquãto poſt tpe ſuſpẽſum, Apoſtolica authoritate indixit ad ipſas Calend. Maij. 1551. eadẽ in ciuitate & reſumendũ & continuandũ. Qđ diploma nõ multo pòſt ad Carolũ qntum a Põtifice miſſum, cũ Imperij comitia Auguſtę agerentur, in procerũ ẽt conſeſſu, mandato Impatoris mẽſe Ianuario eſt publicatũ. Qđ qdem concilium ſi tam feliciter ſucceſſerit, q̃ ab oĩbus bonis meritò debet optari, futurũ ſperamus per Dei gratiã, ut ſublatis diſsidijs & ſectis, oẽs uno ore & cõcordi fide, unanimes laudemus Deum & patrem dñi noſtri Ieſu Xpi, qui ſpiritu ſuo illuminauerit cæca aberrantiũ corda, ad unitatẽ fidei reducẽs, quos uel miſera ignorantia, uel pnitioſa philautia, uel ceruicoſa ptinacia infeliciter detinuit hactenùs in errore captiuos.

BVL

BVLLA APOSTOLICA, CONTINVANDVM CONCILIVM *Tridentinum Indicens.*

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad futurã rei memoriã. Cũm ad tollẽda Religionis noſtrę diſſidiã, quę in Germania longo tẽpore, non ſine totius Chriſtiani orbis perturbatione & ſcandalo uiguerunt, bonum oportunum, & expediens eſſe uideatur, ſicuti etiam chariſsimus in Chriſto filius noſter Carolus Romanorum Imperator ſemp Auguſtus, nobis per ſuas literas & nuncios ſignificari fecit, ut ſacrum œcomenicum generale Concilium per felicis recordationis Paulum papam tertiũ prædeceſſorem noſtrum indictum, & per nos tunc Cardinalatus honore fungentes, atq; ipſius prædeceſſoris nomine, una cum duobus alijs S.R.Se. Cardinalibus, ipſi Concilio præſidentes, inceptum, ordinatum & continuatũ, in quo plures publicæ ſolennes habitæ fuerũt Seſsiones, pluraq; tam in cauſa fidei quàm Reformatiõis promulgata Decreta, multaq; etiã ad utrãque cauſam pertinentia, examinata & diſcuſſa, ad ciuitatem Tridẽtinam, reducatur: Nos, ad quos ut ſummos pro tempore Pontifices ſpectat generalia Concilia indicere & dirigere, ut eccleſiæ pacem, & Chriſtianæ fidei atque orthodoxæ Religionis incremẽtum ad omnipotentis Dei laudem & gloriam procuremus, & quantum in nobis eſt, tranquillitati ipſius Germaniæ, quæ ſanè prouincia retroactis temporibus in uera Religione ac Sacrorũ Conciliorum & ſanctorum Patrum doctrina excolenda, exhibendaq; maximis Pontificibus, Chriſti Redemptoris noſtri in terra Vicarijs, debita obedientia & reuerentia, nulli Chriſtianorum Prouinciæ fuit unquàm ſecunda, Paternè conſulamus, ſperantes per ipſius Dei gratiam & benignitatem futurum, ut Reges omnes ac Principes Chriſtiani, iuſtis pijsq; noſtris in hac re uotis annuant, faueant atque aſsiſtant: Venerabiles fratres Patriarchas, Archiepos, Epiſcopos, & dilectos filios Abbates, omnesq; alios & ſingulos, qui de iure uel conſuetudine uel Priuilegio Concilijs generalibus intereſſe debent, quosq; idem Prædeceſſor noſter in ſuis Indictionis, & alijs quibuſcunq; deſuper confectis & publicatis literis Cocilio intereſſe uoluit, per uiſcera miſericordiæ domini noſtri Ieſu Chriſti, hortamur, requirimus & monemus, ut proximis futuris kalend. Maij, k. 155 1. quem diem ad ipſum Cõcilium, in eo in quo nũc reperitur ſtatu, reſumendum & proſequẽdum, præuia matura deliberatione, ex certa noſtra ſcientia & de Apoſtolicæ authoritatis plenitudine, ac Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.Se. Cardinalium conſilio & aſſenſu, ſtatuimus, decernimus & declaramus in ipſa ciuitate Tridenti, legitimo ceſſante Impedimẽto, conuenire & ſe congregare, ac ipſius Concilij continuationi & proſecutioni, omni mora poſtpoſita, incũbere uelint. Nos enim operam ſeduló daturi ſumus, ut eodem tempore, in eadem ciuitate noſtri omnino adſint Legati, per quos, ſi per ætatem noſtram, ualetudinemq; & ſedis Apoſtolicæ neceſsitates pſonaliter adeſſe nequiuerimus, ſpirituſancto duce, ipſi Concilio præſidebimus, quacunq; ipſius Concilij tranſlatione & ſuſpenſione, cæterisq; contrarijs non obſtantibus quibuſcunq; ac præſertim illis quæ idem prædeceſſor noſter in ſuis literis prædictis, quas cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis & Decretis in ſuo robore permanere uolumus, atq; decernimus, & quatenùs opus ſit innouamus, uoluit obſtare: Irritum nihilominùs decernentes & inane, ſi ſecùs ſuper his a quoquam quauis authoritate ſcienter uel ignoranter contigerit attentare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum hortationis, uoluntatis, innouationis & Decretorum infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S.Petrum Anno incarnationis dominicæ. 1550. Decimaoctaua Calend. Decemb. Pontificatus noſtri Anno primo.

M.Car.Creſcentius.

Ro.Amaſeus.

R.per Romulum ſecr.

R.de ſancta Maria.

ORATIO PETRI FRAGI DOCTORIS THEOLOGI

*ris Theologi ad Patres in Concilio Tridenti-
no Habita. 1551. ſacris Dominicæ
Aſcenſionis ſolennibus, ubi illud
canitur Euangeliũ Recum-
bentibus undecim di-
ſcipulis, apparuit
illis Ieſus.*

VErum illud planeq́ com-
pertum experiri ſoleo, Illu
ſtriſſ. ac Reuerendiſſ. præ-
ſules paſtores uigilantisſi
mi uosq́ eruditiſſ. uiri, qđ
Chriſtus Redemptor no-
ſter, noſterq́ inſtitutor
noſtræ nos imbecillitatis paterne admonens
diſcipulis ſuis, nobisq́ ſub eorum perſona nõ
Ioan. 15. obſcure loquitur, nihil nos ſine eo poſſe face-
2. Cor. 3. re. Vnde & Pau. electionis uas negat prorſum
ſufficientes eſſe nos, nõ dico facere, ut in Euã-
gelio legimus, ſed ne cogitare quidem aliquid
a nobis quaſi ex nobis, quòd ſufficientia no-
ſtra uniuerſa non aliunde ſit, quàm a patre
Iaco. 1. luminum, unde omne datum optimũ, & om
ne donum perfectum deſcendit & proficiſci-
tur. Eoq́ meæ conſcius infirmitatis & imperi
tiæ, quum difficillimam hanc & omnino im-
parem meis uiribus prouinciam magnoq́ cõ
uicio obtruſam eiurare non potuerim, neſcio
profecto patres Ampliſſ. quo me tandem uer
tam. Non enim mediocriter perturbor dum
huius authoritatem loci contingo, qui non
niſi eruditisſimo cuique & ad dicendum ex-
ercitatisſimo patere ſolet. Niſi forte ſupplex
ego ad te domine Ieſu æternum patris lumen
& uirtus indenſisſimis hiſce inſcitiæ meæ tene
Philip. 2. bris meaq́ hac trepidatione confugiam, Qui
humani generi miſertus, habituq́ inuentus ut
homo, ut hominem natura iræ filium ex cru-
delisſimis dæmonum faucibus eriperes, cæ-
cis uiſum, claudis ingreſſum, ægrotis ſalutem,
1. Cor. 1. mutis denique loquendi facultatem reſtitue-
Exod. 4. ris. Quique eligens infirma mundi, ut fortia
Hiere. 1. quæq́ confundas, Moſen balbum, Hieremiã
puerum, ruſticos & piſcatores infuſa diuini-
tus ſapientia inſtruxiſti & cumulaſti, obſtru-
ſum os meum aperire, & implere, raptoq́ ex
altari diuinitatis tuę calculo polluta labia mea
Ioan. 20 mundare digneris, ut non nihil de ſacratisſi-
mo aſcenſionis tuæ ad patrem tuum & patrẽ
noſtrum myſterio in honorem tuum, no-
ſtramq́ utilitatem commemorare posſim.
Cæterum quoniam nequisſimus ſeruus do-
minum, imbecillimus omnipotentem, pec-
cator iuſtum, reus iudicem adire nõ audeo,
Age dum aduocata noſtra illos tuos miſeri- Gene. 3.
cordes oculos ad nos conuerte, & quæ uene- 1. Tim. 2.
noſæ ac peſtiferæ ſerpentis caput, illatam hu-
mano generi iniuriam ulta, contriuiſti, ad Dei
hominumq́ mediatorem primogenitum tu-
um mediatoris officio & ipſa fungitor, ut ſa-
croſanctum hoc concilium, unde uniuerſa
Reipub. Chriſtianæ ſalus & reſtitutio pendet
dirigere, menteſq́ omnium cum noſtras, tũ
eorum, qui ad hæreſes & ſchiſmata, quæ no-
ſtra (malum) per tot annos uidet ætas, dæ-
monis faſcino conuerſi, a ueritate auditum
auertunt, illuſtrare uelit, ut & uos patres ſan-
ctisſimi ſalutaria hiſce nutantis eccleſiæ tem-
poribus conſilia ineatis, & illi patefactis capi-
talisſimi hoſtis inſidijs, ad ueritatis agnitionẽ
reuertantur. Atque ut commodius id & faci-
lius exoremus, defixis humi genibus Angeli-
cam beatisſimæ uirgini ſalutationem de mo-
re offeramus. Aue maria gratia plena, &c.
Interim uero ut breuius, minoreq́ cum mole-
ſtia ueſtra id quicquid eſt peragi posſit, patres
Ampliſſ. decantatum in ſacro faciundo Euan
gelium iam pronunciabo: & quoniam in eo
euoluendo atque explicando utilia fortaſſe
non nulla, minimeq́ ingrata adferentur, oro
uos per aſcendentem hodie redemptorem no-
ſtrũ, ut dum ea paucis percuro, & me attente
audiatis, & ſolita ueſtra humanitate & bene- Marc. 6.
uolentia ſubleuetis. In illo tpe recũbẽtibus
undecim diſcipulis apparuit illis Ieſus, &c.

Apparuit (inquit). Agedum, quiſnam qui Hebr. 1.
apparuit? is nempe qui coæternus eſt patri Gene. 1.
ac (licet crepet Arrius) conſubſtantialis, per Gene. 7.
quem & facta ſunt ſecula: is, qui hominem 1. Pet. 3.
ſingulari beneficio ad imaginem ſimilitudi- Gene. 21.
nemq́ ſuam facto, cõtaminatum nefarijs ſce- Gene. 37.
leribus orbem, exceptis octo, quos myſtica
tuebatur nauis, cataclyſmo abſumpſit, & qua
dam ueluti baptiſmi figura expurgauit: Is,
qui Abraamo amico ſuo, oblato circunciſio-
nis ſignaculo promiſit, in eius ſemine omnes
gentes benedictum iri: Is, cuius admirabili di-
ſpenſatiõe caſtus ille & pius ſomniator Iſmae-
litis in Aegyptum diuenditus atque abdu-
ctus: ut per eum innocentisſimus pater, &
illi ipſi nefarij ſceleris authores conſeruaren-
tur: Is, qui populum ſuum in alieno ſolo tot
ſecula protexit, eundemq́ afflictum per tot Exod. 14
prodigia & portenta ex iniquisſima ſeruitu- Exod. 16.
te aſſeruit: quem in ſumma deſerti penuria Exod. 20.
manna cœlitus mirabiliter demiſſo, & iucun-
disſimis aquarum fluentis, quaſi melle de pe-
tra ſaturauit traditaq́ in Sinæo monte, lege,

in terram promiſsionis melle ac lacte manan
tem, exactis inde habitatoribus introduxit.
Sed quid ego hæc tam uetera commemoro?
Gene.49 Is patres grauiſsimi, is inquam eſt, qui diſſipa
Galat.4. ta iam lege, ſceptroq́ ex tribu Iuda, & duce
de femore eius ablato, a patriarchis prophe-
tisq́ tantopere expetitus, plenitudine tempo-
ris adueniente, miſſus a patre & apud patrem
perpetuo manẽs, factus eſt ex muliere, factus
ſub lege, ut eos qui ſub lege eſſent, redimeret:
Hebre.1. ut adoptionem filiorum reciperemus, Quin
Luca.2. ut ſuo nos exemplo humilitatem uirtutum
omnium parentem doceret, orbis celorumq́
fabricator, portans omnia uerbo uirtutis ſuę,
locum ſibi in diuerſorio deeſſe uoluit, ut in
præſepio naſceretur. Hic primum exortus iu-
ſtitiæ ſol mundo apparuit. Hic nobis primi-
Tertul. tias ſui ſanguinis in circuncisione fudit. Hic
contra ſuo nobis baptiſmo ditauit aquas, & ſancti-
Iud. et Au ficauit. Hic nobis ieiunauit atq; eſuriuit. Hic
gu ſer 1. dum ſeminat ſemen ſuum, noſtramq́ ſalutẽ
de Epi- architectatur, & Samaritanus per ſummam
pha. Dñi blaſphemiam audit, & quaſi dæmonium ha-
Ioan 8. bens, exagitatur. Quid de ludibrijs, qd de uer
beribus. Quid de ſputis colaphisq́ comme-
morem? quibus noſtra ipſe cauſa patienter
toleratis, in cruce uniuerſo orbi clauis ſuffi-
xus ſublimis apparuit, ut qui ſerpentinis uel
afflatibus, uel morſibus eſſemus icti, eo con-
ſpecto miſericorditer ſanaremur. Vñ & mortẽ
Philip.2. nobis, mortem crucis ſubijt, ut ab inimico ca
pti & irretiti, qui primi parentis noſtraq́ offen
ſione & caſu exultabat, ſalubertima Chriſti
morte ex eius laqueis elaberemur. Is igitur
patres Ampliſſ. recumbentibus undecim di-
ſcipulis apparuit. Qui quidem magnam pro-
fecto ſpem nobis excitauit, ſe, ijs qui orationi
& charitatis officio operam nauent, affutu-
rum, qui cibum ſumentibus, atque etiam in-
pſal.102 credulis tam officioſe apparuerit. Nouit ſiqui
Hebræ.4 dem figmentum ipſe noſtrum, & quum ira-
ſcitur miſericordiæ recordatur. Non. n. habe-
mus pontificem qui non poſſit compati in-
firmitatibus noſtris, probatũ per omnia, pro
ſimilitudine, abſque peccato. Tolle ſi quidẽ
delicti maculam, in cuius ore nec dolus, nec
doli ſuſpitio inuenta eſt, cætera iiſdem qui-
bus primus parens in commodis fuit expoſi-
tus. Quin ne ea quidem ipſorum incredulitas
Ioan.20. eſſe nobis poteſt infructuoſa. Nã & Thomas
ſua illa pertinaci trepidaq́ hæſitatione infli-
ctorum cicatrices uulnerum attrectauit, & ea
dem opera omnem nobis dubitationis ne-
bulam occaſionemq́ diſcuſſit. Optime ſiqui-
dem noſtris & perturbationibus & periculis
eſt conſultum, quæ poſtea exorirentur, quod
aduerſus occultos dæmonum inſultus, im-
piorum calumnias, & terrenæ argumenta
ſapientiæ eorum ipſorum, qui ad credendum
fuerunt cunctantiores & aſpectus nos inſtru-
at, erudiat auditus, & attactus confirmet. Ad
eo, ut (iuxta Leonem) dubitatum ſit ab illis,
ne nos ipſi dubitaremus. Vnde D. Gregorius
multo amplius immodica Thomæ apoſtoli Ioan.20.
dubitatione, quàm prona & facili Magdalenę
credulitate ſe adiutum profitetur & affirmat.
Neminem interim offendat, ſi redemptor no
ſter a ſuis iam iam digreſſurus, non modo nõ
eos conſoletur, uerum etiam reprehendat &
increpet, quum cætero qui & regere dictis af-
flictos diſcipulorum animos, & plœna mœ-
roris pectora mulcere eſſet opus. Nam præ-
terquam quod, id magna illa ad credendum
hebetudo & tarditas poſtulabat, altius certe
ac tenacius ea erant, præſertim tam neceſſa-
ria, eorum mentibus inhęſura, quę in ſuo ſuis
magiſter abitu inculcaret. Mirabile tamen di-
ctu. reprehẽduntur uehementius & increpan
tur, at, nulla ne minima quidem uel indigna-
tionis uox, uel ſignificatio intelligitur: corre-
ctionis autem tanta, ut quum paulo ante tre
pide & diffidenter dominũ comitarentur, uel
potius ingratiſsime timidiſſimeq́. deſererent
nihil fuerit illis in poſterum optabilius, nihil
glorioſius, quam in eo iam corporaliter ab-
ſente, pro eius nomine ac fide tuenda & con-
tumelias & extrema paterentur. Decerpamus Acto.5.
obſecro fructum ex illuſtri hoc piæ modera-
tionis exemplo commodum nobis & ſaluta-
rem: ut ea in uniuerſos quidem, erga eos ta-
men potiſſimum utamur cum uel ſolo uultu
(ut ille ait) lædatur pietas, qui ſuſcepta ſalutis
noſtræ cura & ſolicitudine, conſtituti a Spiri- Acto.20.
tuſancto Epiſcopi, & Chriſti uicarij, nullos nõ
labores & ærumnas pro animabus noſtris to
lerantes, attentiſſime uigilant. Auerſemur au
tem, & deteſtemur Cainum, Saulem, Acabũ,
Simonem, Arium, Lutherum reliquosq́ id ge-
nus ſuperbientis, ac Deo etiam ſe æquantis
Luciferi diſcipulos: quibus nefaria animi pra-
uitate, contumacia pro pœnitentia ex ſcelere
oritur: hinc peccata peccatis cumulantes re-
cta in præceptoris ſui barathrum præcipitan
tur, & ruunt. Præſertim quum patres ampliſ-
ſimi (ſicuti & ethnicus ille ait) ſolo uultu læ-
datur pietas. Vnde nanque innumerabiles hę
calamitates & incommoda in rempub. Chri-
ſtianam inuecta? Vnde ſuperſeminata creue-
runt zizania? Vndenam hæreſes pullularunt,
quã ex præſulum & magiſtratuum contem-

Gene. 9. ptu & negligētia? O tempora, o calamitoſam
Chriſtianę reipub. conditionē, & miſerabilem
rerum faciē. Audent hic nequiſſimi homines
ac ſuæ ſalutis prodigi, ueluti Chā, patris negli
gentius dormientis pudenda retegere, & qua-
ſi ius in ſuarum animarum parentes habeāt,
ita eos traducunt, ita exagitant, ut non tam
ipſos, quā delegatā a Deo poteſtatē (quæ eni
poteſtas nō a Deo?) turpiſſimis probris & cō
Rom. 13. tumelijs onerēt. O uos miſeros qui tam pro-
pſal. 104. caciter Chriſtos domini tangitis et uiolatis: q
3. Reg. 2. tam impie in Dei ꝓphetis malignamini. Ecqd
4. Reg. 9. aliud uos quā horrendi Chami exiliū. Quam
Semei interitus? Quid denique aliud quā prę-
cipitium Iezabelis & laniatio tot ſceleribus di
gna manet? neq; enim canes impudētes & ra-
bidi, niſi a canibus uorari debent. Dices for-
ſan, Cur ſpartam, quā nacti ſunt, dedecorant?
1. Petri. 5. Finge eos nullam fieri formam gregis: finge
auare & ſuperbe, contra quā ſpiritusſanctus iu
bet, dominari in cleris, finge gregum & officij
ſui oblitos molliter ſemetipſos ac delicate pa
ſcere: non attendens, ſediſſe (ut a domino cō-
Matt. 23. moneris) ſuper cathedram Moyſi: ac uitanda
Acto. 23. ſiqua ſunt, praua eorū opera, ſeruanda autē
& facienda, quæcunque ab ijs tibi præcipiun
tur? Nam, uel percuſſus Paulus te docet ſacer-
dotibus non maledicendū. Sed ut intelligatis
quē tandem mites illi & manſueti ex ſuæ agni
tione culpæ, ſuaq; modeſtia fructum percepe
1. Pet. 5. rint, En audiunt continuo: Euntes in mundū
uniuerſum o admirabilem cœleſtis dignita-
tis prærogatiuam & regnis omnibus atq; im
perijs anteferendam. &c. Sic, ſic ſuperbis reſi-
ſtit Deus, ſic & humilibus dat gratiam: nec re
quieſcit ſpiritus domini (iuxta prophetam)
niſi ſuper humilē & pauperē & trementē ſer-
mones eius. At, quibus eos crediſſe negat?
Eſa. 66. nū āgelis? minime. quibus igitur? ijs, quæ quū
ab angelis de reſurrectione domini certiores
factæ, ac continuo dominum intuitæ eſſent,
Luce 24 idemq; diſcipulis nūciarēt, non modo illi nō
crediderunt, uerū etiam illarū uerba ut delira
mentū aliquod exceperunt. Quin, ne diſcipu-
lis quidem, cum alij alijs idem referrent, credi-
derunt. Euntes in mundum uniuerſum prædi
care &c. Non ij ad fortunatas inſulas, & He-
ſperidū hortos, nō ad ultimos Aethiopas an-
tartico polo propemodū admotos, non ad
Indos, Non denique ad finitimum Boreæ la-
tus per duratas ſolo niues, pauperiē, donum
Dei non intellectum fugitantes, penetrarunt:
ut gemmas, & lapides, aurum & inutile ſum-
mi materiam mali reportarent: ſed eodē ſum
ma diligentia, & relicta fluxorum bonorum
ſarcina contenderunt: Non ut Crates Theba-
nus, non ut Antiſthenes, non ut plerique alij
philoſophi uenalia gloriæ mancipia, & popu-
laris auræ rumorumq; auidiſſima: ſed ut ue-
riſſimi Chriſti diſcipuli & ſectatores, non ſua,
præceptoris exemplo, ſed totius orbis ſalutē *2. Cor. 6.*
in charitate nō ficta, in uerbo ueritatis, in uir-
tute Dei, per arma iuſtitiæ a dextris & a ſini-
ſtris, quaſi triſtes & ſemper gaudentes, ſicut
egentes, multos autē locupletantes quæſiue-
runt. Nec in delicijs ij carnis curam agentes, *1. Cor. 4.*
mollibus, ut qui in domibus regum ſunt, ue-
ſtiebantur, ſiquidem nudi erāt (ut Paulus ait)
& eſuriebant & ſitiebāt, & colaphis cædeban
tur, & inſtabiles erant, atq; ita manibus ſuis la
borantes, eius fidem intrepide profitebantur, *Matt. 26.*
quem & haud ita pridem negarant, & de eius *pſal. 67.*
reſurrectionis ueritate addubitauerant. Quā
mirabilia opera tua domine, & quàm ipſe es
mirabilis in ſanctis tuis. Petrus, Andreas, ac
reliqui tui piſcatores, retia ſua, piæq; uolunta-
tis propoſito omnia, quæ in mundo ſunt,
ac ſe ipſos abnegantes, te ſequuntur: & ex pi-
ſcium piſcatoribus, hominum piſcatores eua
dunt. Matthæus ex Telonæo uocatus, ex uſu
rario & publicano officioſus charitatis ſecta- *Matth. 9*
tor efficitur. Quid Paulus, tot ante ſeculis a *Gene. 49*
Iacob per ſpiritum ſanctum Apoſtolus deſi- *Tert. li. 5.*
gnatus? is mane, in eunte ſcilicet adoleſcen- *aduerſus*
tia, oues Domini ſpirans cædis & minarum *Marcio-*
deuorabat. Idem ad ueſperā, id eſt, prouecta *nem.*
iam ætate, ſuo iudicio piæ modeſtia & humi *1. Tim. 1.*
litate peccatorum primus dominicas paſce- *Galat. 4.*
bat oues, eaſdemq; ſubinde omnibus omnia *Acto. 9.*
factus, donec in ijs formaretur Chriſtus, par- *Matt. 21*
turiebat: an non ex lupo rapaci ouis, & ex *Ephe. 2.*
perſecutore uas electionis effectus eſt, ut re-
demptoris nomen coram gentibus & regi-
bus portaret? Videtis'ne ut lapis ille, quem
reprobauerunt ædificantes, nullo populos di
ſcrimine agens, ambos pace per crucem fa-
cta conciliet: habemus enim per ipſum am-
bo acceſſum in uno ſpiritu ad patrem. nec au
dimus iam hoſpites & aduenæ, ſed ciues ſan-
ctorum & domeſtici Dei, ſuper ædificati ſu-
per ſundamentum Apoſtolorum & prophe-
tarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto
Ieſu: in quo omnis ædificatio conſtructa, cre-
ſcit in templum ſanctum in domino. Sed
perpendamus (quæſo.) Quidnam hæc uer-
ba nobis innuant, Euntes in mundum uni-
uerſum prædicate Euangelium. Nemo teſte *Heb. 2.*
Apoſtolo, ſumit ſibi honorem, ſed qui uo-
catur a Deo tanquam Aaron. Vnde per Io- *Ioan. 10.*
annem Chriſtus ait, omnes quotquot ante
me ue-

me uenerunt, fures ſunt & latrones. O Luthere, ò Oecolampadi, ò Bucere, O uos lutum & ſordes, ò nobiliſſimæ, ac perinde Chriſtianiſſimæ quondam nationis ueſtræ obliuio, cur uos ante dominum ut Theudas ille, & Iudas Galilæus uenitis? cuius authoritate apoſtolicam functionem ſumitis & uſurpatis? an non uel hoc uno argumento uos proditis ut operarios iniquitatis ut pſeudoapoſtolos? *Eſa. 6.* Eſaias mitti poſtulat, *Ioan. 1.* Ioãnes Baptiſta miſſus à deo dicitur, Paulus uocatus & ſegregatus in *Rom. 1.* Euãgeliũ ſcribit. Apl'i hodie mittuntur, Quid *Matth. 13* igitur? an nõ uos iuxta uocẽ Dñi fures eſtis et latrones? Aut inimicus ſator, aut certe ut eius miniſtri, quos ipſe faſcinauit, ſuoque authoramento obligatos in zizania, in ſcandalum, in blaſphemiam Chriſtiani nominis, & crucis ignominiam ſeminauit? O uos ueſtroſq; affectas infelices & miſeros. quos equidem ſine gemitu & mœrore nominare nõ poſſum. *Nume. 12* Tam male cautos Manę uos lepra fratri Moſi *Nume. 16* leuiter obtrectãtis reddit? tam male uos mouent ędita in Chore, Dathan, & Abiron exempla? Cur uos illorum exitus non perhorreſcitis, quorum impia facta imitamini? Qui uos dementia, quibusue furijs agitati, & Dei eccleſiam, & Chriſti Vicarium perturbatis & perſequimini? Sed iam uideamus qua diligentia, quamq; late qui in uniuerſum mundum mittuntur, Euangelicam fidem promulgent. *Rom. 10.* Paulus Apoſtolus ad Roma. ſcribens, cũ omni gentiles excuſatione nudat & exarmat, niſi prædicatam iam per uniuerſum orbem fidẽ amplecterentur, illud Pſalmographi citat, & impletum oſtendit: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uer- *Pſal. 18.* ba eorum. Chryſoſtomus, cui & Angelicus *Chry. in 24. cap. Matt. ho. in to. ad Roma.* doctor (refragante non nihil D. Auguſtino epiſtola. 80. quam ad Heſychium mittit) adſtipulatur, intra uiginti, aut certe intra triginta annos Euangelium in omnes orbis oras propagatum aſſeuerat. Nititur is hoc Pauli loco, & uerbis illis eiuſdem: gratias agimus *Coloſ. 1.* Deo & patri Domini noſtri Ieſu Chriſti ſemper pro uobis orantes, audientes fidem ueſtram in Chriſto Ieſu & dilectionem quam habetis in ſanctos omnes, propter ſpem, quæ repoſita eſt uobis in cœlis, quam audiſtis in uerbo ueritatis Euangelij, quod peruenit ad uos ſicut in uniuerſo mundo eſt, & fructificat & creſcit, Quæ mihi ſententia non mediocriter arridet, nam licet in omnibus orbis partibus eccleſia omnino neutiquam ædificaretur, tamen uel per Apoſtolos, uel per eorum diſcipulos in uniuerſos orbis fines Euangelij prædicationem ante Hieroſolymitanũ excidiũ excurriſſe arbitror. Quid. n. uel ſolus Paulus obiuit? quũ non modo magnam Aſiæ partem & q̃ plurimas inſulas, uerumetiam Macedoniam, Græciam, Illyricum, Italiã, & ut Chryſoſtomus multis locis teſtatur, per multiq; alij, Hiſpaniam, ac teſte Sophronio patriarcha Hieroſolymitano Gallias etiam adiente? Vnde facile liquet, quanta celeritate, quanta fide, quanta contentione, quàm magnis laboribus & periculis ab homine peregre proficiſcente, id eſt, a Chriſto *Matt. 25.* in cœlum aſcẽdente credita ſibi talenta multiplicarint. Euge ſerui boni & fideles, quia ſuper pauca fuiſtis fideles, ſupra quàm multa iam conſtituimini? O ſi, patres Ampliſſ. noſtris his exulceratiſſimis temporibus nonnulli ex eorum oſſibus exorirentur, qui non pecuniaria talenta, ſed eloquia Dei precioſa & illuminantia oculos, fidelibus nummularijs committerent. Qui ſi epiſcopatum deſiderant, & adipiſcuntur, reputarent ſecum, non tam inanem gloriam, non tam primos in foro accubitus, non tam reditus ipſos, quàm miniſterium, ſolicitudinem, non tam præfecturam, iuxta Chryſoſtomum quàm ſubditorum curam. & unicam ouium ſalutem uel cum aperto capitis periculo proponere ſibi oportere. Bonus enim paſtor is, meo iudicio dicitur, qui ſuorum commodorum oblitus etiam animam ſuam pro ſuis ouibus ponit. Moſes Euangelij potius (ut inquit Ori- *Orig. in cap. 16.* genes) quam legis diſcipulus, quam crebro culpatum populi ſibi commiſſi deprecator *Nume.* intercedit? Adeo ut niſi populo, inſano eti- *Exod. 32.* am dæmonum cultu implicato parceretur, *Roma. 9.* deleri de libro domini poſtularet. Dauid rex dum Angelum, a quo populus ſibi creditus cæderetur, uidet ſæuientem, in ſe Dei manum, conuerti poſtulat. Paulus quoque anathema pro fratribus fieri cupiebat. Vnde, quis inter eos infirmabatur, quin idẽ infirmaretur? quis ſcãdalizabatur, quin idem ureretur? Itaque quum hæ ſint ueri paſtoris partes & iuſtiſſimum officii autoramentum, quæſo uos, qui huic officio deeſt, cur non mercenarius potius, quam paſtor appellabitur? conſiderare igitur obſecro, quid Deus Pergamenæ eccleſiæ angelo dicat cum ſe illi uenturum minitatur. Vtinam ignis il- *Luca 12.* le, quem uenit Dominus mittere in terram, in *Apoca. 2.* cordibus noſtris accenderetur, ne in nobis deſideraretur quod in Epheſinæ eccleſiæ angelo idem dominus requiſiuit, utinam ſecula- *Luce 2.* ribus curis & ſolicitudinibus expediti, uere *Ezec. 34.*

& ex

& ex animo ſeruiremus domino, utinam uigi-
laremus, & cuſtodiremus uigilias noctis ſu-
Philip. 4 per gregem quiſque ſuum, utinã paſceremus
potius, quam paſceremur, neutiquam domi-
nicus grex tam eſſet diſperſus, tam ſcabioſus,
nó inquam tam eſſet afflictus. Nihil enim nó
poſſemus in eo qui nos confortaret, ſi eius ne
gocium bona fide tractaremus. Quid enim il
li ipſi, de quibus nunc agimus, quũ fuerint ſo-
licitudine non pigri, & ſpiritu feruentes non
præſtiterunt? O rem portentoſam ac plane
incredibilem. Debellauerunt Romani uniuer-
ſum orbem, innumerabiles hominum myria
das in ſeruitutem redegerunt, & a duodecim
uiris, nudis, inermibus, atque idiotis ſubacti
ſunt ipſi & ſuperati. Quibus ijs uel inuitis no-
uas leges, nouasq́ uiuendi ſtatuta impoſue-
rũt. Adeo, ut, quod in una domo uix fieri poſ-
ſit, miſsis Chriſtus diſcipulis, per præcipitia,
per ignes, per prætuptos ſcopulos, per ſarta-
gines & craticulas per bella terra mariq́ fre-
mentia, per infinita mortis genera perfecerit.
At uero, cur prædicandum omni creaturæ
Euangelium? Num plantis? num rupibus? ut
Orphea narrant fabulæ ſuo cantu auulſiſſe
arbores, ſtetiſſe flumina, & uiolentiſsimas fe-
ras demulſiſſe? Minime, minime inquam.
Sed ſoli homini, qui ut rationis eſt particeps,
ita & beatitudinis particeps eſſe poteſt. Ap-
pellatur autem omnis creatura, quòd cum
uniuerſis rebus creatis non nihil habeat com
mercij. Nam ut ſit, commune habet cum ſa-
xis: ut uiuat, cum plantis, ut ſentiat, cum ani-
malibus: ut ratiocinetur, cum angelis. Vnde
Hebr. 11. & a philoſophis paruus mũdus appellitatur.
Additur porro, qui crediderit & baptizatus
fuerit ſaluus erit. Quam commode fides pri-
mo loco ſtatuitur. Credere. n. oportet, acce-
dentem ad Deum quia eſt, & inquirentibus
ſe remunerator ſit: ea uero ſublata, impoſſi-
bile eſt placere deo. Num uero, ſi quis aliquã-
do crediderit, eo protinus liberabitur? Credi
dit Iudas, & interijt, credidit & Simon Magus
& Flagitio, quod ab eo poſtea nomen tulit,
in interitum ruit uoluntarium non quærun-
tur in Chriſtianis initia (ut ille ait) ſed finis. do
ctor gentium male cœpit, ſed bene finiuit. ma
le cœpit & latro, ſed ex cruce in paradiſum e-
uolauit. Quam, uel Dei teſtimonio probatus
Saul ad regni adminiſtrationem acceſſit quã
uero nefaria & miſerabili morte abſumptus
eſt? Quam honeſta Arij exordia? Sed eius fi-
nis ſumma impietate damnatur. Iuſtitia enim
iuſti non liberabit eum, in quacunque die pec
cauerit, nec contra. Vt apud Ezechielem ſcri-
bitur: Hinc Paulus fidem & miſericordiã con-
ſecutus, caſtigat corpus ſuum & in ſeruitutẽ
redigit, ne quũ alijs prædicauerit, ipſe repro-
bus efficiatur. atq́ ut idem monet, qui exiſti
mat ſe ſtare, uideat, ne cadat. An ne tibi ſatis 1. Cor. 10
te beatum putabis, ſi credideris aliquando, ſi
baptizatus fueris, ac Paulo poſterius labijs
dumtaxat deum honores? Si noſſe eum con-
fitearis, factis autem neges? Non potes eum 1. Io. 2.
noſſe, quin eius mandata cuſtodias. ea ſi in-
fringis, ea ſi uiolas, nihil minus quam Deum
noſti. Adſit igitur mandatorum obſeruatio,
adſit fides: non tamen mortua, ſed actiõibus
pie inſtructa, & quæ per charitatem operetur. Gal. 5.
Roget quiſpiam, quamobrem tandem repe-
tat, D. Marcus, non crediderit, tacet uero non
baptizatus fuerit? Nempe ut oſtenderet, ſolã
fidem interdum ad ſalutem ſufficere, ſi aquã
ad baptiſmum non cõtemptus, Sed defectus Cyprian.
(ut magni authores tradunt) negauerit. Eoq́ Ambroſi.
cum martyrium, omnium Theologorũ pla- Auguſti-
citis baptiſmi uicem ſubeat, non ob pœnam nus.
cruciatumq́, quem uel nocentiſſimi perferũt, Bernard.
ſed ob ipſam fidem id effici intelligimus. At
uero quibus argumentis dignoſcemus eos q
crediderint? In nomine meo dæmonia eijci-
ent. Vt intelligas bonitatis redemptoris no- Marc. 8.
ſtri diuitias, multo etiam ante, quã ipſe patea-
retur, & ſpiritum ſanctum diſcipulis inſuffla-
ret, factum apud Marcum his uerbis legim⁹.
Exeuntes prædicabant, ut pœnitentiam age-
rent, & dæmonia multa eijciebant, & unge-
bant oleo multos ægros, & ſanabantur: qua
etiam gratia & ipſi exultabãt. Quin & in actis Luc. 10.
Apoſtolicis ita ſcriptum uides, Deus nõ quaſ Acto. 19.
libet uirtutes per manus Pauli faciebat, ita ut
deferrentur etiam a corpore eius ſuper langui
dos ſudaria & ſemicinctia: & recedebant ab
eis languores, & ſpiritus nequam egredie-
bantur. Quod autẽ ad nouas linguas attinet, Acto. 2.
quibus locuturi erant credentes, non una ſo-
lum, ut quidam arbitrãtur, ſed omnibus om Chryſoſt.
nium linguis, decem poſt dies uſi ſunt, qui- & Aug.
bus, iacto fidei fundamento, miſſus a patre et tract. 32.
filio ſpirituſſanctus communicatus eſt. Nec in Ioan.
hoc Paulus munere defraudatus, licet tũc ab- Acto. 19.
fuerit, quum dicat, quibus ſcribit, Gratias deo 1. Cor. 14
meo, quòd omniũ ueſtrum lingua loquor. Luc. 10.
Quin, & per eius impoſitionem manus ita q Acto. 28.
buſdam Epheſi datus eſt ſpirituſſanctus, ut
& linguis loquerentur, & prophetarent. Ser-
pentes (inquit) tollent, Certe eorum calcan-
dorum facultas multo ante paſſionẽ eſt his
tributa: & Paulus Apoſtolus in Melite inſula
uiperã iam manui hærentem illæſus in ignem
diſcuſ-

diſcuſsit, quum, qui adeſſent, arbitrarentur, ip-
ſum naufragio quidem dilata dei uindicta li-
beratum, eo tamen morſu continuo ut homi-
cidam, interiturum. Quid? Vt omittam, conſo-
Acto 3. lidatas claudo baſes & plantas, & Eutychum
Acto. 20. ex tertio cœnaculo prolapſum ac mortuum,
Acto 5. uitæ reſtitutum: an non Petrus, non dico im-
poſita manu, ſed uel ſola (per Chriſtũ qdem)
umbra effecit, quod nuſquam Chriſtum feciſ-
ſe legimus? nempe ut impleretur quod redem-
Io. 14. ptor per Ioan. dixerat. Qui credit in me, opera
quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum
faciet. Porro ſi mortiferum qd biberint, nõ no-
cebit eis. Proh deũ imortalem chriſtiani prẽs.
Nulla aconita bibuntur fictilibus. Nunc, nũc
illa, uix ubi ullum fidei & charitatis ueſtigiũ,
timenda; quũ pocula ſumes aurata, & medio
Setinũ ardebit in auro. Diuites illa & opulen-
ti formident; quibus non fames & ſitis, ſed af-
fluentes uoluptates periculum creant: illa, illa
pertimeſcant, quos non uoluntaria abiectio
& modeſtia, ſed exitialis auaritia, & honorum
aucupatio ſuffocat & ſtrangulat. Quis enim
Petro inſidiaretur, aut mortiferum aliqd mi-
Marc. 6. ſceret, cui non argentum, non aurum, imo ue-
ro ne æs quidem in zona, ut monuerat domi-
nus, ſed ingens mundi contemptus, ſed firma
fides, & locupletiſsima miſericordia adfuit? iis
enim machinis Chriſtiana Reſp. per egeſtatẽ,
perſecutiones, & uaria cœdium genera ab exi-
guis profecta initijs, eo creuit, ut uniuerſum
orbem occuparit. Quem eccleſiæ ſtatum in
Hiſto. ec- ſpeciem quidem, luctuoſum, re tamen uera fe-
cle. lib. 6. liciſsimum nefarius apoſtata, & teterrimus
cap. 7. Chriſtianæ Reip. hoſtis ita nobis inuidebat,
ut Chriſtianos omnes non tam aperta crude-
litate, quam ſubdola clemẽtia perſequeretur:
adeo, ut qui proſcripti & ablegati in exiliũ ob
eccleſiæ diſſenſiones a Conſtantio fuerant,
quaſi fraudulentis odientis oſculis (ut cum ſa-
piente loquar) in priſtinum ab ipſo dignitatẽ
Pro ue. 17 reſtituerentur. Illud igitur illa inquam expaueãt,
Patres ampliſsimi, qui licet ſermone taceant,
opere tamen loquuntur, fidem & miſericor-
Ad Eu- diam nõ habeo. (ſic enim D. Hierony. in ſuo-
ſtoch. de rum confuſionem temporum, hæc inuertit,
cuſto. uir- quæ utinam in nos dici nõ poſſent) quod au-
gi. tom. 1. tem habeo argentum & aurum, hoc tibi non
do. Cur turpis lucri cupidus es? Cur cũ exupe-
rio illo auaritiam è templo non expellis? Cur
aurum ſitis? Cur theſaurizas cui neſcis, ut ipſe
æternum ſitias cum diuite, & egeas? O nos mi-
ſeros ſi hæc non intelligimus, ô nos miſerio-
res ſi intelligimus, quòd multæ nos plagę ma-
neant, niſi corrigamus. Nemo ſibi hic blãdia-
tur Chriſtiani patres, aut hoc ſe ex numero
exemptum arbitretur, quod ſtemmatis maio-
rum, quod pictis fumoſarum imaginum uul-
tibus, quòd præclaris honoribus fulgeat. Nihil
uana hæc Chriſtus moratur, nihil curat. Cui
plus commiſſum fuerit, plus ab eo, ſine ullo
perſonarum diſcrimine, exigetur: Ac niſi exa-
ctam ſuæ uillicationis rationem reddat, potẽ-
tes potenter tormenta patientur. Videamus *Sap. 6.*
tamen, ecquid propinatum iis, epotumq́ no-
cuerit? Nihil profecto. Hauſit ſiquidem diſci-
pulus ille, quem diligebat Ieſus, nec illi hauſtũ
obfuit: hauſerunt & pleriq; alij, nec quicquam
inceperunt detrimenti. Ac ne effœtam id ge-
nus miraculis diuinã arbitrere gratiam, mul-
tis pòſt ſeculis beatus Benedictus (autore Gre-
gorio) non hauſtu, ſed cœleſti quadam præ-
ſenſione, porrectum ſibi a monachis ueneni
uaſculũ, ſolo crucis ſigno comminuit. Dicet
hic forſan inſipientior aliquis, nullam iam eſ-
ſe fidem, quòd nulla id genus miracula appa-
reant. Quis tu es, qui dei ſapientiam ita con-
uellis? Fuerunt illa naſcenti eccleſiæ neceſſa-
ria, ac proinde tunc paſſim edita, ut adoleſce-
ret iis Chriſtiana fides & propagaretur. Nunc
uero cum idolorum cultus deſierit? cùm ipſa
eccleſia omnium linguis loquatur? cùm ſer-
pentes & ſcorpiones calcarit? cum uenenata
Babylonis ethnicorumq́ errorum pocula ſu-
ſtulerit, quorſum tandem miraculis opus? Nũ
mare nobis diuidi, num ſerpentem tolli nobis *Luca 11.*
in deſerto, nũ manna de cœlo demitti nobis
cupiamus? Quęrat ſibi ſignum generatio ne-
quam? nos uerum habemus baptiſmum, ue-
rum Chriſti corpus in cibum, uerumq́ ſerpẽ-
tem, cuius liuore ſanati ſumus quem & hodie
in cœlum aſcẽdiſſe cernimus: ut omittam in-
terim, iuxta Greg. uniuerſa hæc in eccleſia ſpi-
ritualiter effici, quæ olim per diſcipulos corpo-
raliter trãſigebantur. Sed progrediamur ulte-
rius. Et dominus quidem Ieſus poſtquam lo-
cutus eſt eis. Quid? ſolum ne diſcipulis ſuis lo-
cutus Chriſtus, ac nihil operatus, diſceſſit? At
qui nihil frigidius doctore qui uerbis ſolum
philoſophatur, & iuxta Paulum, regnum Dei,
non tam in ſermone, quam in uirtute conſi-
ſtit. Et quum cõcionator duabus potiſsimũ
partibus conſtetur, ut uir bonus ſit, & dicen-
di peritus, potior pars eſt, ut ſit uir bonus.
Quod non oſtentatione, nõ ſimulatione mo-
rum, ſed probitate, & perfectis uirtutũ actio-
nibus metiendum eſt. Quòd uero tonuerit
redemptor noſter & fulminarit in dicendo,
uel hoſtium teſtimonio perſpicuum, qui uio-
lentas in eum manus iniecerunt, efficaciſsimæ
eius

eius eloquentiæ miraculo ſtupefacti atq; atto
niti ſe cohibuerūt, reſponderuntq; ijs qui ſe ad
Io. 7. eum comprehendendum miſerāt, nunquam
Ioan. 18. ſic locutum fuiſſe hominē. Quid uero illud,
Ego ſum, quo audito omnes aduerſarij iam
iam capturi capti cōciderunt? At, fuit in agen-
do debilior? Imo uero (ut ille ait) mirabilium
effector operum. Qui præterquam quòd cœ-
lum & terram, & omnia quæ in eis ſunt fabri-
carit, poſt hominem etiam aſſumptum, ſuos
ipſe ſuorum magnitudine miraculorū inimi-
cos prouocat & laceſsit, ut ſi, ei, adamantina
quadam inſenſati cordis duritia non credide-
Ioan. 10. rint, ſaltem eius operibus credant. & ut intelli-
Acto. 1. gas priorem illi faciendi quam loquēdi ratio-
nem fuiſſe, prius facere, quam docere cœpiſſe
a Luca ſcribitur: nēpe ut ſuo nos optimus ma
giſter exemplo inſtitueret: paſtorale officium
benefactis potius, quam uerbis cōſtare. Itaq;
dominus Ieſus non locutus modo, ſed etiam
mirabilia ac planè diuina operatus, aſſumptus
eſt in cœlum. At, quonam pacto aſſumptus?
Primum omnium deteſtemur Arianam & Ne
ſtorianam impietatem, & uniuerſa Oriētis ue
nena. Vnum ſi quidem Chriſti ſuppoſitum,
& duas, ut uoluntates, ita & naturas confite-
mur & aſſeueramus. Et ut una mortuus eſt, al
tera mori non potuit, ita quoq; una reſuſcita-
tus a mortuis, altera reſurrexiſſe: una aſſum-
Acto. 1. ptus, altera aſcēdiſſe dicitur. Sic a D. Luca eius
Pſal. 67. myſterij neutiquam ignaro eleuatus dicitur,
Ephes. 4. quem protinus idem patefacto nobis diuini-
tatis arcano, euntem in cœlū ſcribit. Sic quoq;
pſalmographus, ſic Paulus loquuntur: Aſcen-
dens in altum captiuam duxit captiuitatem;
dedit dona hominibus, O admirabilem ſcri-
pturæ rerumq; ſeriem. Rubo qui illæſus arde-
Exod. 3. bat, Chriſti conceptio, & uirginis integritas
Gene. 37. præſignabatur: præſignabatur traditio & uen
ditio redemptoris, magnis periſtaſeon coag-
Exo. 12. mentis Ioſephi in Aegyptum uenditione, qui
Iona 2. et & a Pharaone occulto myſterio ſeruator mū
Matt. 12. di eſt nuncupatus. immaculati agni immola-
tio, paſchalis agni mactatione & eſu figuraba
tur: negligens ſupernæ legationis Ionas crea-
toris ſui carnem induti ſepulturæ & reſurre-
4. Reg. 2 ctionis typum geſsit: Denique & Heliæ raptu
ſacrum aſcendentis hodie domini myſterium
adumbrabatur: Quāquam ille, ut ſeruus: hic,
ut dominus: ille, dilata morte, hic, iam deui-
cta: ille, in aerium locum, hic, ſuper omnes cœ
los: ille, aliena uirtute, hic, eadem, qua uniuer-
ſa quondam fabricarat, inuecta eodem & ho
neſtata natura noſtra, aſcēdit. Vtq; magis ſtu-
peas, & ardentius ad illum adſpires, Nos, nos

inquam miſeri illi, qui tam impie in primo pā
rente diuinam læſeramus maieſtatem, ut ex Gene. 3.
paradiſo terreſtri miſerabili exilio flammeoq;
etiam gladio per Cherubin intentato exigere
mur, cœlorum fines tranſgreſsi, & regali ſede
decorati, angelicis choris exornamur. Quod
quidem aperte declarant duo illi angeli albis
ueſtimētis præ lætitia induti, qui mœſtos ob Acto. 1.
diſceſſum domini diſcipulos conſolantur, &
non iam angeli tantam nobis gloriam neſcio
quo pacto inuidentes, uel potius gratulātes,
non inquam iam angeli, ſed ulri ab euangeli-
ſta uocari uolunt. O ineffabilem nobis domi
nicam aſcenſionem, & albis ueſtibus innocē
tiæ internæq; exultationis indicibus perpetuò
celebrandam. A quo modo aſcēdit, quum ſit
idem qui & deſcēdit? Audi Salomonem: Ecce Cant. 2.
(inquit) iſte uenit ſaliens in montibus, & tran
ſiliēs colles. Quibuſdam enim ueluti ſaltibus
gigas ille cuius egreſſio a ſummo cœlo, ad cur
rendam noſtræ ſalutis uiam exultauit. Primū
ab arce patentis in uterum uirginis: ex utero
in præſepe, ex præſepi in crucem, ex cruce in ſe
pulchrum, inde confirmatis fratribus aſcen-
dens in altum captiuam duxit captiuitatem.
Quam uerò? Vel uinctos ſuos, iuxta Zachariā, Zach. 9.
qui detinebātur in lacu in quo nō erat aqua:
Vel diabolum & mortem, quàm, morte ipſe
ſua uicerat & abſorpſerat: cuius & imploauin-
cti adhuc illi coercebantur. At quęnam dona
dedit hominibus? Audi Apoſtolū Corinthijs
commemorantem: Alij quidem per ſpiritum 1. Cor. 12.
datur ſermo ſapientiæ: alij autem ſermo ſcien
tiæ, ſecūndum eūdem ſpiritum: alteri fides, in
eodem ſpiritu: alij gratia ſanitatum in uno ſpi
ritu: alij operatio uirtutum: alij prophetia; alij
diſcretio ſpirituum, alij genera linguarum: alij
interpretatio ſermonum: Nec negauit diſcipu 4. Reg. 2
lis benignißimus præceptor duplicem illū ſpi
ritum, quem ſuus alumnus ab Helia tantope
re expetebat. Nempe ut & illuſtraretur intelle
ctus, & affectus expurgaretur. Vnde quum ui
leſcerent illis omnia: Imo uero reputarēt ea ut
ſtercus ꝓpter Chriſtum, corpore qdem mor-
tuo propter peccatum, ſpiritus uiuebat ꝓpter Roma 8.
iuſtificationem. Et quia non humi, ſed tutius Philip. 3.
in cœlo theſaurum ſibi theſaurizarēt, ac pro- 2. Cor. 5.
inde omnis eorum in cœlis eſſet cōuerſatio,
ingemiſcebant grauati hoc tabernaculo, habi
tationem noſtram, quæ de cœlo eſt ſuperin-
dui cupiētes. Hinc illi uoces, Mihi uiuere Chri
ſtus eſt, & mori lucrum. Hinc & illud, Deſide- Philip. 1.
rium habeo diſſolui & eſſe cum Chriſto. Quę
quum ita ſe habeant patres ſanctiſsimi, an nō
ſatis liquet, quàm affluēter, & dona illa, & du
plex

plex ille Heliæ ſpiritus diſcipulis domini ſit tri
butus? O felices ter & amplius, qui ita ſe abne
gauerunt, qui ita crucem ſuam ſuſtulerunt, ita
deſierunt mundo uiuere, propter Chriſtum,
ut nihil uiuat in illis, nihil in illis regnet niſi
Chriſtus. Sic, ſic petitur cœlum patres ſanctiſ.
nō ut ferat Oſſan Olympus, ſummaq; Pelia-
cus ſydera tangat apex. Gigantum eſt iſta te-
meritas & hæreticorum. Qui quum ſint pro-
prio iudicio damnati, & in reprobum ſenſum
Col 2. traditi, naturę ac deo ipſi bella mouent. Nos,
Galat. 3. qui Chriſto in baptiſmo cōſepulti ſumus, nos
qui Chriſtum induimus, nos qui Chriſtū pro
noſtra fragilitate amplectimur, qui ad Chri-
ſtum anhelamus, ad Chriſtum per montem
pinguem, montem coagulatum, montem in
quo beneplacitum eſt deo, ſummum. ſ. ponti
ficem aſcendamus. Quod ſi rectores tenebra
Mat. 24. rum & ſpiritualia nequitiæ actis in ſocietatē
Pſal. 26. hæreticis & ſchiſmaticis, ac uniuerſis tartari
cohortibus id interturbare conētur, licet eo-
rum caſtra aduerſus nos conſiſtant, ne ſimus
modicæ fidei, alioqui Petri exemplo, ſummer
gemur. ac licet exurgat eorum prœlium aduer
ſus eccleſiā, ne timeat cor noſtrum obſecro,
aut perturbetur, Quin potius in eo indubitan
ter magnaq; cum fiducia ſperemus. Nunquid
manus domini abbreuiata eſt? aut non iuſtifi
Tit 1. cabitur Chriſtus in ſermonib. ſuis? Atqui, ille
Matt. 28. ipſe, qui ſolus non mentitur, aſcenſurus ad pa-
trem, ultimis uerbis, quæ ipſe apud Matthæū
diſcipulis loquitur, præſentiſſimum ipſis, ſpō-
ſæq; ſuæ auxilium uſque ad conſummationē
Luca. 22. ſeculi pollicetur. Idem quum Satanas Vltima
iam cœna ſumpta, expetiſſet apoſtolos ut cri-
braret eos ſicut triticum, an non orauit pro
Petro, ut & ipſe conuerſus, confirmaret fratres
ſuos? Quid igitur orauit tunc pro Petro Do-
minus, & nunc non orabit pro Iulio? nūquid,
aut Chriſtus imbecillior, uel īhumanior, quā
heri & nudius tertius, aut minor Petro Iulius
dignitatis ſubſtantia & officio? Non, ſi crepēt
Iude. 3. Antichriſti omnes, & ſatanica rumpatur Pha-
lanx. Dices forſan hæretice, fratres a Petro cō-
firmatos, nihil te adhuc tale in Iulio expertū.
Imperet tibi Chriſtus. Vtinamq; ſtulte ſaperes
ac nouiſſima prouideres. attende huc (quæ-
ſo) Quod tandem præſentiſſimum eſt habitū
uel a primis naſcētis eccleſiæ incunabulis, aut
ad confirmandos quos tu & uitę ſordibus &
doctrinæ prauitatibꝰ offendis, aut ad te tuiq;
ſimiles uel ſanandos, uel coercendos, reme-
dium? an non œcumenicum conciliū? Atqui,
interruptū iam ac ferè ob noſtra ueſtraq; ſce-
lera deſperatum ſanctiſſimus pontifex, & ue-
riſſimus Chriſti uicarius ſumma pietate & ſiſ
gulari in ouile dominicum ſtudio ſapientiſsi-
mis & chriſtianiſsimis eiuſdem concilij mode
ratoribus in ciuitatem hanc optime Madru-
tio & Cardinale & principe moratam, miſsis,
coactoq; ſanctiſsimo antiſtitum ordine reſti-
tuit, & feliciſsime continuat. Nonne hic Cre-
ſcentium illum incomparabili ſanctimonia,
ſummaq; rerum prudētia uirum a Pont. Opt.
Max. ad eſſe intueris? Quo ductore & ſuus ali
quando tandem deformatæ eccleſiæ decor
reſtituetur, & religio, amiſſaq;, multorum fla-
gitio chriſtianæ Reip. dignitas recuperababi-
tur & creſcet? Nonne hic duos uides ſapien-
tiſsimos præſides præſtantiſsimi legati colle-
gas & ſocios, qui uitæ integritate, qui locuple
tiſsima ſcientiarum ſupellectili, qui plurimis
grauiſsimiſq; negocijs caſtè itegreq; obitis cla
ri ſunt toto orbe & inſignes? nonne hic tot ſtel *Matth. 5.*
las, quot præſules cōſpicis. quorum lux ita lu-
cet coram hominibus, quorū ſanctiſsima ope
ra ita pſpicua ſunt, ita omnibus obuia, ut ne
tu quidem licet prępoſtero iudicio ſis, & a cō
muni ſenſu alienus, ut es, nō poſsis eorum er-
go cœleſtem patrem non glorificare? Nonne
inquam uides omnes hos chriſtianiſsimos ui
ros non alioſum ſuis ſedibus excitos & coa-
ctos, quàm ut tibi tuiq; ſimilibus, ac uniuerſis
Reipub. uulneribus medeātur? Ecquid aliud
requiris? Nam ne Chriſtus quidem aliud quip
piam a Petro poſtulauit. non enim a paſto-
re ſanatio, ſed cura & ſolicitudo exigitur. In-
terim tamen, caue, ne tua te prauitas, ne tui te
pctōrū funiculi ad inſaniā redigant. Ac proin
de, reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere re *Canti. 6.*
uertere, ut intueamur te. Nam quamuis forni
cata ſis cum pluribus amatoribus, quāuis fa-
cta ſit tibi facies meretricis, ut ſpiritualium nu
ptiarum paranymphi deſpondebimus te uni
uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto. Sur- *Oſee. 2.*
ge igitur ne dormias, & exurge a mortuis: prę *2. Cor. 11.*
cinge lumbos tuos, & propera, Ecce ſponſus *Epheſ. 5.*
uenit, ut te illuminet, ut nouum te hominem
induat, Exurge, Exurge inquam & prope-
ra, ſume mature oleum, accelera, excipe uenie
tem ad nuptias ſponſum, ſi euigilaueris, ſi ue
niētem exceperis, mihi crede, uirgo eris & pru
dēs, & ingredieris ad nuptias. Ne deſperes trāſ
formationē hāc, quæ impoſsibilia ſunt apud
homines, poſsibilia ſunt apud Deum: Sed, re-
deamus patres ampliſsimi unde ſumus digreſ
ſi, & quam breuiſsimè, quod ſupereſt, abſol-
uamus. Quod ſi igitur, non iam caro & ſan- *Epheſ. 6.*
guis, ſed principes & poteſtates & rectores te-
nebrarum harum, nos adoriātur & inuadāt,
ſic ha-

ſic habetote, ne portas qdem infe.i qcquam aduerſus eccleſiā præualituras. Non enim eſt Matth. 7. domus ſuper arena ædificata, ſed ſupra uiuũ ſaxum, firmamq́ & diuinam petram conſtiucta: eoq́ licet flumina ueniant, licet flent uenti procatius, & impotentius in illā irruant, non periclitabitur, non cadet. Agitari ſiquidem Petri nauicula fluctibus poteſt, ſubmergi nō poteſt. Sed quoniam in grauiſsimis ijs Reipubl. calamitatibus inumerabiles multitudine animæ Chriſto pereunt, pro quibus ipſe ſacratiſſimum ſanguinem ſuum fudit, uellem equidem ut hæ procellæ, quibus eccleſia diuexatur, & aſsiduis, iuſtorum precibus, & ſalutaribus conſilijs componerentur. teſtorq́ patres ampliſsimi locum hunc, quem ego indignus conſcendi, non tam ne unquā chriſtianæ reipub. pericula, non tam diſſenſiones, non tam ſchiſmata, quàm corruptiſsimos mores noſtros, noſtraq́ delicta formidaſſe. Præſertim dum conſidero, eo nos prolapſos, ut nec uitia iam noſtra, nec remedia pati poſsimus. Hæc ſiquidem nos eneruant, hæc frangũt, hæc oppugnant, imo uero expugnant, ac ueluti uinctos noſtris nos hoſtibus tradunt. Hęc totam 1. P. 5. Aſiam, Hæc totam Africam, Hęc bonam Europæ partem, Leoni, qui circuit quærēs quem deuoret, prodiderunt. Quamobrem per ſanctam ego uos ſedem Apoſtolicam, per neceſſariam concilij celebrationem, per aſcenſionē domini, per Chriſtum, mundi ſalutem, Oro Dan. 9. & obteſtor, ut laborãtis eccleſiæ miſerti, proſternatis cum Daniele preces ueſtras ante faciem domini, non in iuſtificationibus ꝓprijs, ſed in miſerationibus eius multis, Et qui ſacerdotes domini & miniſtri eius eſtis patres ſanctiſsimi, canite tuba in Sion, ſanctificate ieiunium, ſanctificate eccleſiā, plorate inter ueſtibulũ & altare, & dicite, Parce domine, par- Iōelis. 2. ce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes. Ac ne uos, qui ad liberandam ex tot periculis, atq́ adeo ex ipſis dæmonum faucibus eccleſiam, ſumma cum oīum gentiũ expectatione coacti eſtis, iuſtitiarũ & diuini teſtamēti enarratione, negligentia quapiam (quod peccatori iuxta Pſalmographum contigit) excludamini, cùm ſal terræ, & lux mundi eſſe debeatis, Pſal. 49. Matth. 5. renouamini, renouamini ſpiritu mētis ueſtrę: abiectiſq́ huius ſeculi tenebris arma lucis induti obſecrate deum ſuppliciter, ut expulſo apro de ſylua, ac ſingulari fero, q omnia depaſcitur & populatur, qui omnia uiolentiſsimè Pſal. 79 fert & agit, reſpiciat ipſe de cœlo, uideat, uiſiteq́ uineam iſtam, quàm plantauit dextera eius. Quin, ne captata diu, & ſummo dei beneficio oblata hæc tam commoda reſtituendæ chriſtianæ reip. occaſio ueſtra culpa amittatur. Aperite portas ueſtras chriſtiani principes, & ſtantem iam ad oſtium, & pulſantē dominum, nobiſq́ in ijs tempeſtatibus tam clementer apparentem, eadem animorum conſpiratione atq́ obſeruantia huc introducite, reti[illegible]te, ueneramini, qua hodie ad patrē aſcēdens ab uniuerſis angelis exceptus eſt. Spero ſiquidem cœleſti eius præſentia & ſanctiſsimis precibus ueſtris ac corde omnium ueſtrum uno, animaq́ una effectum iri, ut concilium hoc feliciſsimè, & è Rep. peragatur: euellantur ſuperſeminata zizania, mores noſtri emendentur, deſtructiſq́ inimicorũ ciuitatibus, ſolo tubarũ ſono, id eſt, ſeptiformi ſpiritus ſancti gratia per quem in unum cōueniſtis, labefactati Ieruſalem muri, diuinitus ędificentur: opitulante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui hodie a dextris Dei & in potiſsimis eius bonis collocatus, ſedet, & regnat, cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen. Dixi.

SALVATORIS SALAPUSII ARchiepiſcopi Turritani, & Saſſarenſis Oratio in Publica ſolenni Seſſione a Reſumpto Concilio tertia, AD PATRES HABITA TRIDENTI undecima menſis Octobris, quæ fuit Dominica cœna nuptiarum.

ANNO DOMINI. 1551.

VERE Nunc tandem incœpit Dominus, qui in al-
pſal 112. a 73.a. tis habitat, reſpicere, quaſi
congregationis ſuæ recordatus, ad afflictas Eccleſię res per uos ſanctiſſimi
Patres: qui Apoſtolici luminis ſplendore corruſcantes illuſtratis Ec-
Gen 1b. cleſiaſticam hanc Lunam, & quaſi duo luminaria Synodum celebratis, in qua uobis Lu-
næ labores timendi amplius non ſint: quod ſcilicet umbra terrenorum luminari officiens, ſpiritualis noſtri firmamenti lucem obſcuret per uos mundi lumina (atque utinam, iterum autẽ utinam tanto nomini reſpondeamus) de cœlo reſpexit, atque opem Eccleſiæ ſuæ tulit, egrediens uobiſcum in ſalutem populi ſui, in ſalutem cũ Chriſto ſuo. Domini enim eſt, quod
pſal.32. e reſumitis, & operamini opus. Iam uos lætus
Abac 3 r intueor, uelut ſtipatores circundantes Syon,
2.cor.16b narraturos in turribus eius ueræ turres forti-
pſ.l.47.r tudinis Syon, quaſi lectulus ueri Salomonis,
pſal 60. a quem ambitis inſtar ſexaginta, immo omniũ
Cant 3 r fortiſſimi Iſraelitarum, tenentes gladios, & ad
pſ. 143 a uerbi bella doctiſſimi. Benedictus Dominus,
qui docet manus ueſtras ad prælium, & digitus ad bellum, & erudit linguam, ut ſciatis ſuſtentare populum, qui lapſus eſt uerbo. Sed
pſ.143. a unde exordiar, ne uiuam uiri patres, ſi ſat ſcio
Eſa 50.b præſertim, qui uerſer in eo argumẽto, in quo
Act.7.a quis modum magis, quam copiam, deſiderarit: an a nouitatibus inuectis in Eccleſiã a diſſidijs in religione ſubortis: num a corruptela ethicæ hyerarchiæ politiæ: num a ſimultatibus uirorum principum, ex quibus periculoſiſſima bella iam orta uidemus: num a calamitatibus, quibus perpetuus Chriſtiani nominis hoſtis Turcarum Tirannus exercet rem publicam: ab imminuta ne reip. ipſius ditione quondam latiſſime continuata: quæ difficile, quis poſſit non dicam complecti orando, ſed percenſere numerando. Ita undique triſtis
Deu.30.c rerum facies occurrebat, ut magis mihi trenũ
Ro.10.b & fletum, quàm ſermonem aſſumendum uiderem. Sed ecce prope eſt, (inquit Dominus ad me (uerbum in ore tuo: & ad me ipſum cõuerſus hoc, quod geſto corpus, continuo me admonuit, quid potiſſimum aggrederer ad dicendum. obtulit ergo ſe ſe mihi, tanquã uir Macedo Paulo, corpus Eccleſiæ myſticum (ſed quam male habens) uobis proponendum, qui tractatis de conſtituenda & ſtabilienda ueritate præſentiæ corporis Chriſti in ſacramento mirabili (quod myſtici ipſius ſymbolum eſt) quo corpus ipſum tanquam uiuo pane nutritur, & in cruento ſanguinis poculo iugiter reficitur. ne mirum ergo, ſi ubi corpus
eſt Domini, ibi congregentur & aquile. Fa- Luc.17.g
ctorum itaque uerba de ineffabilibus arcanis Mat.24.e
auguſtiſque ſacramentis non de corporis mo- Diuiſio.
do humilitatis noſtræ phiſici quidem, at illa mirabili, ſed & miſtici longe excellentioris cõſtitutione, deque eius reformatione, quod con
figuratum iri quandoque expectamus corpori Phil.3. d
claritatis Chriſti interim per ipſius corporis & ſanguinis in ſacramẽto communionem in nobis inchoata, magnis quidem illis & præclaris pignoribus frumentaria quaſi teſſera accepta, uidete, quam pretioſa lauta & diuina ſuppelectile & rerum & uerborum inſtructũ
me eſſe oportuerat, qui tales uobis ſim prola Mat 13 g
turus theſauros, cum ueterum, tum nouorũ, Exo 4.r.
hominem nõ impeditioris modo linguæ, ſed Hier.1. b
infantem, in quem triplex Prophetæ illius alpha quadrare conuenientius uideatur. Patres (non enim honeſtior occurrit appellatio) ueſtrum fauorem atque ſtudium: in ueſtris oculis ueſtro ore uultuque acquieſco: pene obmutui, (quippe qui ineffabilia fari aggrediar) niſi adeſſet ille, qui ex ore infantium perficit laudẽ ſuam ad deſtructionem inimici. Sed animos mihi addidit amicos ſponſi alloquendi beni-
gnitas pij ſponſi & reginæ ſponſæ Chriſti Ec- pſal.8. a
cleſiæ, quæ corpus ipſum eſt, de quo loqui- Pro. 31.d
mur: quam cum filiabus illis beatiſſimã prædicare contendo, quæ affectus percunctando mouere ſatagunt: aientes, quæ eſt iſta ſynodus, quæ progreditur, quaſi aurora conſur-
gens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis Synodus.
ut caſtrorum acies ordinata? Quæ percũcta- Cant.6 c
toria uox laudis, cum maxime deceat Eccle-
ſiæ huius Reginam Mariam Deiparam, per Mariæ.
quam ſecundum Chriſtum factum eſt no- laus.
bis, quod ſic glorioſa Eccleſia appareret, ut ei merito hæc laus debeatur: ad ipſam me iam conuertam, quæ cunctas ſola hæreſes interemiſſe prædicatur, dum credit humilis, in cuius primum animam excellẽter ſuperuenit Spi
ritusſanctus. Tu nobis a filio obtine uirgo Luc. 2.b.
mater, ut de ſpiritu ſuo menſuram bonam

confertam & ſupereffluentem effundat in ſinū
Eccleſiæ huius in ſuo numine congregatæ,et
inducat in omnem, ſicut tuus promiſit filius,
ueritatem,atq; omne conſilium noſtrum cō-
pſal.67.f firmet, quod operatur in nobis. Quæ nam
iſta inquam,quæ ita progreditur in multitu-
dine uirtutis ſuæ, ut non obſcure præſeferat
tamdiu uelle perſequi inimicos, donec com-
prehenderit ita deficientes,ut ſint non inimi-
Cant.1.b ci.Quaſi aurora conſurgens Luciferum præ-
pſ.90.b. currens aſtrum,eatenus intelligentiæ ſuæ lu-
Eccleſi.1. ce proficiens,quoad radiantis uſq; iuſtitiæ So
lis meridiem perpetuam pertingat:ubi cubās
meridietur,fugato,quod nunc pernoctat,De-
monio meridiano.Interim uero dum in clipe
os ueſtros aureos Sol ipſe refulget,nullo non
ſplendente monte,panditur terribilis caſtro-
rum acies ordinata.quid,ni terribilis,cui præ-
Reg.6.d eſt dominus exercituum,ubi caſtra ſunt Dei?
Apo.12.b ubi puer apertis oculis igneorum curuū mon
tem uidet plenum? ad inſtar illius ordinata
acies,quæ primos præliantes de cœlo in pro-
fundiſſimam abyſſum deturbauit. Sed iam
Cant.7.b cœleſtem nomenclaturam audite. Ipſa eſt
2.cor.11.a Chriſti domini corpus:quæ per Mariā, quaſi
Maria. turritum quoddam & æburneum collum Sal
uatori ſuo capiti coniungitur, qui Deum ha-
bet caput.illa uitales hauſtus prima ſuſcipit,
& refluit per illam aſpiramus, & de ſuſpirio
reſpiramus.hoc Chriſti domini myſticum et
uiſibile corpus non inuiſibili capite gaudet.
Hebr.5.a Iulio 3. Romano Pontifice Maximo, a Deo
Ioan.1.f. uocato,ut Aaron(qui montanus interpreta-
Papa. tur)cui in beato Petro dictum eſt, tu uoca-
beris Cephas. Quanta autem capiti huic au-
reo gratia ſit oculorum,quantus ſenſuum or
natus, uix conſequi oratione quis poſſit: ſu-
perat namq; omnem phiſici corporis formæ,
quantumuis ſpecioſæ, & habitum & pulchri-
tudinem: quod ſe argenteo, & quidem exten
to brachio, protegit in ſalutiferam protēſum
dexteram; quam Dominus Chriſti ſui non iā
Impera- Cyri,ſed Caroli,apprehendit,, ut ante faciem
tor. eius glorioſos terræ humiliet, cui det theſau-
Eſa.55.a ros abſcōditos & nouos orbis tractus, ipſoſ-
que latiſſimos. Is Reginæ huius inclytæ pri-
mogenitus,ipſe & fortitudo eius, &(ut ſemel
Gen.49 a dicam)prior in donis,maior in imperio.Hoc
Corpus. autem corpus totum, quod & cœli regnum
Apoc.5.c. eſt,ſacerdotali, eaq; regia decoratur ciuitate,
quæ ex omni tribu, lingua, populo & natio-
ne,ſexu,ætate,ordine a Chriſto domino edi-
ficata eſt Deo patri regnum (quod uos non
ſine ueſtra magna dignitate repræſentatis pa
tres)in cuius ſumma corporis conſtructione,
quam ſimilem nauis carinæ uidemus, caput
collocauit Deus:in quo,ſicut naucleto ipſoq; *Caput.*
hominum piſcatore,totius eſſet regimen ani- *Matt.4 e*
mantis,& uitalis inde influxus in totum cor-
pus deriuaret,caperentq; hinc ad nominis ra
tionem initium ſenſus omnes:priorem autem *Facies.*
eius partē,quæ facies dicitur,neceſſarijs mem
brorum miniſterijs inſtruxit pariter & orna-
uit,ita:ut, ſicut corpus unum ex ſimplicibus
membris conſtare non poterat, niſi ut eſſent
partes dextræ & ſiniſtræ,ſic & in capite,quod *Partes.*
totius diuini operis quaſi culmen eſt, & uiſus
in duas acies & auditus in duas aures(ut reli-
qua taceamus)a ſummo opifice diuiſa ſunt.
quorum membrorum uel ex hoc maxima di
gnitas,q; ſedem habent in capite:q; unam ſu-
am uim per oculos mentis feneſtras conſpi-
cuam facit,per linguam explicat,per aures in- *Eph.5.g*
gerit,per barbam honeſtat.Hoc autem maxi- *Myſticū.*
mum eſt ſacramentū in corpore Eccleſiæ.nā
per duos oculos duo in Eccleſia ordines de-
ſignantur,maiorum ſcilicet & minorum gen-
tium(id eſt Prælatorum)per linguam Prædi-
catores:per aures plebs uerbum hauriēs: per
barbam autem Sacerdotium, quod totū fa-
cies Eccleſiæ aptiſſime nominatur:quæ nunc
ad ipſius capitis nutum ſumma omniū gra-
tulatione legitime conuenit:cuius, niſi in pri-
mis ratio authoritatis conſtiterit, & ſatiam te
ctamq; præſteteris:niſi eam clypeis & ualidiſſi-
mo præſidio munieritis, actum eſt de ſalute
noſtra:præſertim qui locati ſumus in capite.
atq; adeo totius corporis incolumitate hoc
maxime ſuis iaculis petunt,hoc abſcindere de *Caput.*
ſiderant,quicunq; acephali, qui cum corpora *Acephali*
lis uitæ ſine capite fieri poſſe participes deſpe-
rarent, prodigioſa quadam mentis cœcita-
te in ſpirituali uita,quaſi trūcus a capite auul
ſi,poſſe uiuere temere arbitrantur(quaſi uero
gratia naturam non imitaretur, addo & ho-
neſtaret)quos diuino ſuo ſpū deſcribit Pau- *Coloſ.2.d*
lus,non tenentes(inquiens)caput,ex quo to-
tum corpus per nexus & coniunctiones ſub-
miniſtratum & conſtructum creſcit in aug-
mētum Dei. Mortui igitur cum ſint,quid ad-
huc tanquam uiuentes decernunt? Quando *Act.2.f.*
itaq; in certamen deſcendiſtis,uiri fratres,pro *Oculi.*
ſalute capitis corporiſq; totius, erit muneris *Ezec 3.d*
oculorum,qui ſpeculatores Domini Iſrael da- *Eze.33 b*
ti ſunt,& altiſſimum locum obtinent, proſpi
cere ſuperuenientem gladium, ne ſanguis de
manu ſpeculatoris requiratur,& circunſpice-
re,ne forte quis exeat uallum caſtrorum, ne
pertranſeat terminos,quos poſuerunt Patres
noſtri,traditiones uidelicet eccleſiaſticas ha-

ctenus

Eſa.16.a ctenus conſeruatas. Duplex Eccleſiæ munimẽ
tum pro muro & antemurali, ex diuinis & hu
manis conſtans legibus, coniungatur in hoc
opus, amborum luminum uiſus, utriuſq; ordi
nis ſucceſsio, uelut acies, dirigatur, & Apoſto-
lorum duodecim, qui dexter eſt oculus, & ſe-
ptuaginta duorum, qui ſiniſter: eſt nec fe-
riant fœdus cum Amonitis, qui hanc præ-
1.Re.11.a ſtant ſalutem, ut quærant oculos eruere de-
xtros: nec alij quippiam de huiuſmodi mini-
ſterio in eorum ipſorum perniciem uſurpent,
1.Re.6.c ne cum Betzamitis, qui arcam Domini intro
Exo.26.f ſpexerunt, intereant. Inſpiciant ergo, ut facia-
Hierar- mus ad exemplaria cœleſtium, q̃ nobis mon-
chizare. ſtrata ſunt. Pergamus hyerarchas agere, imita
ti triplicem illum ſacratiſsimumq; principatũ?
Purgare. quem trina ipſa functione exprimimus, pur-
2.Cor.10 gantes per excomunicationem arma militiæ
noſtræ non carnalia, ſed potentia deo, ad de-
ſtructionem munitionum conſilia deſtruen-
tes, & omnem altitudinem extollentem ſe ad-
uerſus ſcientiam Dei, & in captiuitatem redi-
gentes omnem intellectum ad obediendum
1.Cor.5. Chriſto, & in promptu habentes ulciſci om-
b nem inobedientiam: tradite uexandos magis
Sathanæ in interitum carnis (quo ſpiritus ſal-
uus fiat) hæreticos quoſcũq; ſchiſmaticos &
flagitioſos: nec paſsim pro temporalibus cau
ſis tremendum gladium diſtringatis, ne acies
obtundatur & contemnatur poteſtas ſacro-
ſancta, quæ non niſi lætaliter negligitur: quin
potius ſecularis poteſtas imploret, dũ adhuc
nobis reſtat, quid agendum ſit. Optimo enim
iure hunc poſsumus iuris ordinem audacter di-
xerim inuertendum: quippe, quo diuini iuris
ratio poſthaberi uideatur. Huc ptinet multi-
Proue.1.c plicatio illa cẽſurarum, quarum rhete ne ocu
li quidem pennatorum euadunt, ita ut liceat
cum Antonio exclamare, quibus hos laque-
os euadet? Dicto uero audientes, indulgẽtia-
rum largitione proſequamini, quaſi pręmio
quoddam, afficiatis: largitione dixerim, non
pfuſione, ſed parciore & pretioſiore, uſus ne,
quæ imminui non poteſt, cęleſtis theſauri do
niq; magnitudo uileſcat, & ſimul Eccleſiaſtica
Perficere. eneruetur diſciplina. Perficite per legum & ca-
nonum ſalutarem conſtitutionem: ſed eorũ,
qui rationem culpę tollant, pœnę uexationẽ
inducant, quæ præſtat intellectum. De legũ
autem cuſtodia diſtrictius decernite, longe
quidem illa ſaluberrima, & iuris præſertim cõ
munis magno ſeculorum & patrum conſenſu
nõ ſine numine promulgata (quod id eſt in
homine politico, quod ſenſus cõmunis in phi
ſico) ut quid enim addimus legem legi, Eccle-
ſiam onerantes? an ut innoteſcant delicta, &
fiat ſupra modum peccans peccatum, & abũ-
det præuaricatio? ſcitote non deeſſe nalutos
Anaxandrides, qui conuicientur: quod non *Rom.7.c*
tueatur eccleſiaſtica ciuitas, quas condidit le *ariſt. eth.*
ges: præſertim cum ex obſeruatione priorum *lib.7.c.10*
huius ſynodi decretorum (ut de antiquiori-
bus interim taceamus) facile nobis liceat cõij-
cere, quid de ſequentibus ſperare debeamus, *Illumina*
& promittere nobis poſsimus. Illuminate po- *re.*
ſtremo p doctrinalẽ prędicationem, perq; ad-
miniſtrationem ſacrorũ, idq; peruos ipſos pręſ
ſtate, & quos peſſe nõ pudet, pdeſſe delectet.
Num carnales ſponſæ per alios fœcũdantur? *Luc.15.b*
nec prolem noſtram a natiuo quodam ubere
auellentes nutricibus educandam tradamus:
non enim alienis, ſed proprijs humeris, euan-
gelicus paſtor ouem perditam reportauit.
Hinc morbi creſcunt, inde oues pereunt. Præ- *1.Pe.4.b*
ſtemus nos tandem fideles diſpẽſatores mul
tiformis gratiæ Dei, in alterutrum illam ad- *Ephe.3.b*
miniſtrantes quibus cum illo, qui ex humili-
tate ſanctorum ſe omnium minimum aſſere-
bat (alioqn maximum) data eſt gratia illumi
nare omnes: quæ ſit diſpenſatio & cõmunio
Sacramenti abſconditi a ſeculis in Deo, quam
ne principatus quidem & poteſtates nouerãt,
niſi Deus per Eccleſiam ſuam ipſis reuelaſſet
Chriſtianas diuitias. o diuitiarum altitudo.
Impleamus miniſterium noſtrum: opus facia *2.ad thi.*
mus Euangeliſtæ, nos enim etiam referebant, *4. a*
ſancta illa quatuor animalia Ezechielis, toto *Ezechie.*
corpore plena oculis nunquam claudendis,
præter quam unæ Helenæ inſpiciendæ, a qua *Ethi.li.2*
cum proceribus non iam Troianis, ſed Chri- *c.g*
ſtianis auertendi ſunt. Nec deſideretur linguæ *Lingua.*
munus, quæ os domini eſt, annuntiet omne *Acto.20 f*
conſilium Dei auribus, que plebs ſunt: inter- *2.Pe.1.d*
pres fidelis ſit ſacri illius ſpiritus quo inſpirãte *Pſa.72.b*
loquuti ſunt ſancti Dei homines: ſequatur ſa- *Pſal.11.a*
cri ſpiritus ductum, qui per priorum patrum *Ia.3.b*
ora locutus eſt: non ſe extollat in cœlum os, *Iud.6.*
nec terram lingua pertranſeat: ſunt enim mi-
ſeri linguã ſuam magnificantes: ſed a gehenna
inflammatam, qua mẽtis caſtitatem comma-
culant, qua electis angelis domini exercitu-
um conuiciantur: quod Michael archangelus
cum reprobo agens non eſt auſus inferre. In-
felix hæc de uerbis Dei, quaſi de maribus fi-
liarum Iſrael, animarum fidelium unico orna
mento fabricata eſt opere fuſorio uitulum cõ
flatilem, prodigioſam methamorphoſim in-
telligentiæ proferens ad ſuum ſenſum: quo *Exo.32.a*
fit, ut merito confuderit dominus labium ip- *Gen.11.b*
ſorum, quaſi Babylonicæ turris ſtructuram.

repetentium; qui totidem ſere inter ſe ſenten-
tijs pugnant, quantis fuit illud unum labium
diuiſum Idiomatibus, omni uento doctrinæ
circumlati, & ſicut arundo agitati. Sed cum
Ephe.4.c Sathan diuiſus iam ſit eis nec dubium, quin
Mat.12.b longiori tempore ſtet regnum eius.

Magna igitur dãda eſt nobis, opera patres,
Aures. ut in quas iſtæ Poligraphæ Syrenes incanta-
pſal.11.b runt, miſeræ plebis aures inſtillemus eloquia
caſta, igne examinata, quem ideo dominus
uoluit accendi, ut ab purum decocta eius ar-
pſal.17.e gentea ueritate quacunq; adhæſiſſet, heretico
Luc.12.f rum ſcoria cremaretur, & manifeſtarentur pro
1.Cor.2.e bati. Acceſſit ijs malis: quòd imparatam plebẽ
1 Pet.3.c &, quæ nullam reddere rationem ualet de ea,
Luc.11.g quam profitetur fide, magiſtram conſtitue-
Mala.2.b rint; clauem ei ſciæ dantes, ſed quę nõ aperiret
Exo.20.d quaſi labia ſacerdotis ſciam non cuſtodirent,
Hebr.12. de quorũ ore ex pcepto Dñi quęrenda potius
f.g lex fuiſſet: felicior futurus populus, ſi cũ Iſrae-
Heb.7.d litus ob id a Dño cõmendatis depcatus eſſet,
Ma.9.14 quominus fieret ei uerbum, ne forte moreref,
d ſed Moſem loquentem audiſſet, quinimo me
lioris teſtamẽti ſponſoiẽ factũ leſum per Apo
ſtolos eorumq; ſucceſſores de cœlo adhuc eis
loquẽtem nec.n. uel primarij diſcipuli magni-
ficã uocem de cœlo allatam in monte ſuſti-
nere potuerunt, quin caderent, quos pia magi
ſtri erexit dextra. Sed iã ipſa corporis poſitio-
Barba. ne deſcendat oratio ad barbam quaſi Aarõ:
pſa.132.a quam ad dehoneſtandam Eccleſiæ faciẽ iſte
2 re.10.b Aaron dimidiã præſcindit, cum Eccleſiam ip
Hiero eſt ſam ad unam tantum ſacerdotij laicalis ſpe-
epiſ ciem (quod baptiſmus eſt) cõtrahit ordinem
Aduerſus ſacerdotij (quod horreo dicere) tollendo, &
Lucife. perditiſſima impudentia claues traditas Eccle
ſiæ auferendo: nec uident, quòd barbæ ipſi-
us ratio, ſicut in naturali corpore, incredibile
eſt quantũ cõferat ad dignoſcendã maturita-
tem & decorẽ utilitatis: ita in myſtico barba
eſt ſacerdotij, q̃ prima efflués è cadite unguen
pſal.32.a tum excipit; quod pro uaria culti ratione; aut
Ephe 6 b diligẽtioris, aut negligentioris, fluit & deſcen
1.Ioã.2.d dit in oram uſq; ueſtimenti, quod plebs eſt;
quæ inde ad certamen & colluctationẽ quaſi
athleta, ungitur. Sed qui unctionem auferre
tentarunt, indigni ſunt habiti, q ab unctione
docerentur, Denuo male cõuenientes aduerſus
Pſal.2.a Chriſtos dñi, tanq̃ Iezabel prophetas è medio
3.Reg 18. abſtulerunt, & Pſeudoprophetas quaſi qua-
c.d.g dringentos & quinquaginta ſuperindixerunt;
&, qui relicti ſũt, niſi pius eos qdam alter Ab-
dias quinquagenos & quinquagenos utcũq;
pauiſſet abſcõdens, fuerãt proſus omnes in-
teritum. Sed uiuit Auguſtus, ut aliquãdo ſemel
uirtute Heliã pergat pręſtare in cyſon, ſicut cę
pit fugare: & unde Deũ glorificare debuiſſent Expulſi p
cum Euangelica illa plebes quod talem pote- dicatorès
ſtatem dederit hominibus; qualẽ ſcilicet Ec- Lut. a
cleſia in beato Petro & ſucceſſoribus ſuis ac- germa.
cepit? Bone Deus quot quãtiſq; conuitijs hono Mat.16.c
ris loco proſecuti ſunt; ut eã obſirmatis ani- Io.21.e
mis negarũt. Sicut aurẽ corpori partes inſunt Mat.25.c
dextra & ſiniſtra, ita & huic quoq;: ſic inſunt Dextera.
corpori ut p eas diuidatur; & ad meliorẽ uel Siniſtra.
deteriorem pertinear portionem: rurſumq;,
ſicut uita corporis durante unaq; pars tã ſini-
ſtra, quã dextra, corpori cohæret, ita quãdiu
tardat filijs tradere regnũ patri, & donec iuſti- 1 cor.15.d
cia cõuertatur in iudiciũ; aduerſatur ſibi inui- Pſal.83 c
cẽ utraq; pars, licet cohæreat in una Eccleſia; Gen.25.c
in qua, uelut in uno Rebecæ utero, pugnat: Gen.35.c
eſtq; partus huiuſmodi, ut niſi uiſibili mũdo
moriens; quaſi Rachel filiũ dextræ poſſit eni-
ti Sed uideo iam mihi uiri patres pręſcindẽdã
eſſe orationis telam adhuc texenti, & reliquũ
Eccleſiæ corpus uelandũ pallio pullo, quo pi
ctor ille meſtiſſimi caput patris obtexit, ſuſti-
neteq; ergo me obſecro qui fuſiori utar oratio-
ne, quã inſtituti forte ratio poſtulet, tantiſper
dum cauſę iugulũ peto, & uobis aperio ſtatũ.

Articulus itaq; cardinalis, in quo totus ſta- Stat⁹ cau
tus cauſæ huius Eccleſiaſticæ uerſatur, & dog ſæ.
matũ & morũ, quæ coniuncta ſunt & indiui-
dua, illa una eſt ſuauitas diſpoſitionis rerum,
ſuauitas inquam diſpoſitionis rerum, huius
nauiculæ prora & puppis: hac & quæ de dog-
matibus & quæ de moribus cõtrouerſiæ na-
tæ ſunt tollentur, & habitabimus oẽs unius
moris in domo. Si paci igitur & unitati Eccle- Pſa.67.b
ſiæ ſtudemus, (id, quod facimus) & re & Sa- Vnitas.
cramento (tractamus.n. de Euchariſtia ſacra-
tiſſimo unitatis ſigno, unde ſecuturæ unio-
nis accipio minime ſupſtitioſum omen): neũ-
da nobis eſt cõpendiaria quæpiam ratio, qua
religionis diſſidia componantur; non quaſi
ueritas uiræ, ne dum doctrinæ eam compo-
ſitionem admittat, qua integritati eius aliquid
detrahi, aut addi patiatur: eſt.n nefas; accipi-
at licet euidentiã, lucem, diſtructionẽ. ſed reti-
neat neceſſe eſt plenitudinem, integritatẽ, pro 1.Pet.3.c
prietatẽ. ſed cũ eos q paratus erat rationẽ red- Phil.3.a
dere omni poſcenti de ea; quæ in nobis eſt fi
de, agamus: & repetendo & declarando (decla
ratio .n. ſermonũ Dei illuminat & intellectũ
dat paruulis) cõpatiamur infirmitatibus fra-
trũ ſine indignatione, q̃ pſtat uera iuſtitia: ne.
grauatè eadẽ ſæpe cũ Apoſtolo dicamus, quę
do res ipſa cogit; hoc.n. nouiſſimis conciliorũ
decretis catholica in ſpiritu ſancto pfecit eccle-

ſia,uetera fideliter ſapiēterq; tractando,ut in-
telligeretur ipſa exponēte illuſtrius; qđ antea
obſcurius credebatur,antiqua enucleās, & expſ
ſa firmans, definita cuſtodiēs. pfectus.n.fidei
rōnem corporū in creſcēdo imittatur,ut ſunt:
nihil nouū poſtea pfertur in ſenibus, qđ non
in pueris iā antea latuerit,& quæ fuerat adole
ſcētis, ipſa & ſenis una natura eademq; pſona
ſit,ita ēt unum xpianę religionis dogma uno
eodemq; ſenſu ſuas pfectuum leges in oibus
unius eccleſię ętatibus ſeqtur:ſiquem ad pro-
fectum ptinet,non ad pmutationem,ut in ſe-
metipſa unaquæq; res amplificetur; huius aūt
felicia myſtici corporis īcremēta in aſſumpto
Luc 2. g. corpore Chriſtus pſeulit,qui ſapientia & ęta
Ephe.4.c te creuiſſe phibetur,tādiu duratura, donec oc
curramus oēs in unitatē fidei, & agnitionis fi
lij Dei in uirum pfectum in menſura ętatis ple
nitudinis ipſius Xpi. Agamus tum uniuerſalis
eccleſiæ utilitatis cauſa, tum uero inclytę na-
tionis Germanicę,quę iam pridem diſcordiis
in ijs pcipue, quę ad religionem ptinent, pluri-
mū diuexata diſſidet:cuius ſalutis opiculaturi
Germa- cōuenimus, ut illam nobilē prouinciā uniuer
niæ laus. ſam reip.xpianæ robur partē imperij potiſſi-
mam,ante.ſ.luſtra ſex in fide & religione nul
li ſcdam,cum capite & reliquo corpore,cuius
eſt honeſtiſſimū mēbrū, in omni amore atq;
Ezech.2. amicitia cōiunctā uideamus; & ſicut bonā eius
c.d partem unitatis & charitatis retinentē pro ſe-
mine uidemus hactenus a dn̄o conſeruatam.
1 cor 7. b & q̄uis domus exaſperans eēt,& q̄uis irritato-
Gala.6.a res multi ſint (dicit dn̄s,non ego) uos,qui ſpi
Ezec.2.b rituales eſtis,inſtaurate, inſtruiteq; poccupa-
pſal.95.c tos & circūuentos in ſpiritu lænitatis; ſi forte
qeſcant,cōſiderantes uos ipſos,ne & uos tēte
mini:alter alterius onera portemus: & ſic ad-
implebimus legem Xpi iudicate in ęqtate de-
ceptos; qn̄ ēt deceptorem inimicū Deus non
niſi iuſtitia uindicauit.enitimini,cōtendite,ela
borate oibus uiribus, conſilio, autoritate, ut
obducatur iam cicatrix filię populi hui9: obli
Hier.8. getur grauiſſimū uulnus reip.impoſitum,qn̄
f g qdē tot,tantiq; medici cōueniſtis in Galaath,
ubi non deeſt reſina:adhibite unctionē, ten-
tate oīa ante uſtionem, nullū non mouenter
exortatio lapidē, ne in hoc ulceris pruritu, tanq̄ unguis
2.cor.5.d exiſtamus. Pro Xpo ergo legatione fungētes,
10 a tanq̄ Deo exortante per nos o Germani, non
Principes ſine ueſtris primarijs principibus,qui nobiſcū
imperij ſunt,obſecramus per modeſtiā,& manſuetu-
Eccleſia- dinem Xpi reconciliamini Deo. Deus.n.dedit
ſti. ſynodo ſuę miniſteriū reconciliationis,& po-
2.re.14.a ſuit in ea uerbū recōciliationis ipſa eſt mulier
thecuitis ſapiēs & fortis,& ſpei plena,ſcdm no

men ſuū,cui ad regē ingredienti figuratā locu Syno.
tionem dictauit, & ſuggeſſit uerus Ioab,q pa mulier
trem habet Deū. Xp̄s,ut pulchrū reuocet Ab- thecuitis
ſalonem,decorū hunc & candidū pplm patri
reconciliet, per quem tandē unū fiet, ut faciē
regis uideat populus iſte, & ad oſculū admit-
tatur. Excitemus,uigilantiſſimi patres,& no-
cemus ſunamitidem hāc dormientē ueterno
quodam male ſoporatā, quo eam Xp̄s illumi Ephe.5.d
net, Inclamemus cū ſpōſo,nec hoc ſemel,ſed Cant.6.d
iterū,iterumq; congeminemus:Reuertere,re- 2.cor 12.c
uertere,redi ad nos . en occurrimus tibi a ter- Col 3.d
ris ultimis,q̄rimus te,non tua, non parcentes Mat.22 a
nobis parcimus tibi, donamus tibi in pſona 2. cor.2.c
Xp̄i,ſi qđ læſiſti.nihil moramur, nō exprobra- Gal 4 b.
mur.ueni, inuitamus te ad nuptias:ecce pran Ro. 12. d
diū paratū ne negligas; famē tuā ſacri corpis pſa.119.a
cibo ſedamus:ad ſitim tuā Xp̄i ſanguinis po-
culum ppinamus,quo ſic cōgeramus carbo
nes charitatis ſup caput tuū, carbones deſola
torios. Hoc cupimus oēs beneignito incēdio
conflagrare. Vox ſponſæ ad Germanos:Bene Vox ſyno
currebatis dilecti mei Germani; dilecti uteri di ad ger
mei,dilecti uotorū meorū,quos iterum pturu manos.
rio,donec reformetur Xp̄s in uobis.Quis uos Pro 31. a
faſcinauit non obedire uerbo ueritatis ijs,quę Gal 4.c
maiorum hęreditate acqſiuimus teſtimonijs? Pſal.118.
quæ transferimini non iam cito, ſed tādem Gal 1.b
poſt mille & qngentos & eo amplius annos pſal 54.c
ad aliud euangelium?qđ non eſt aliud,niſi q 1.co.14.f
ſunt aliq, qui nos cōturbant & uolunt inuer-
tere euāgelium Xp̄i,qbus cum Paulo(etſi an-
geli forent)anathema dicimus. Venite conſi-
derate,uenite,ſecuri ambulemus in domo dn̄i 2. Cor.6.
unanimes cū conſenſu, ſicut in diebus antiqs b.c
dulces capiamus cibos pinguis illius Xp̄i pa- promittit
nis,qui pbet delitias uel ipſis regibus. non.n. ſerenitas.
eſt Deus autor diſſentionis, ſed pacis, & ſp̄us
prophetarū ſubditi ſunt prophetis Os noſtrū
patet ad uos o Germani,ſed cū gentis ueſtrę,
electis & piiſſimis : qui inter nos ſunt pribus, Electores
& cor noſtrū dilatatū eſt : ueritatē dicimus in
Xp̄o qđ triſtitia nobis magna eſt, & cōtinuus Rom 9. a
dolor cordi nr̄o ita, ut optarit hęc alma ſyno pſal. 68.
dus, ſi fieri poſſet, anathema eē pro fratribus b.119.a
germanis, ſicut extranei facti ſumus pp uos Reg.3.c
fratrib9 nr̄is,& pegrini filijs matris nr̄ę, & ioco
latus hic noſter tādiu,plongatus eſt:ecce uere Verus Sa
matris ſynodi uiſcera cōmota ſunt,quę Deus lomō dat
pietatis cōmiſeratione repleuit, ad thronū ue in ſētē ui
ri Salomonis ſtantiſſimo; reuoluta non acqe uū Syno-
ſcit affectui illi pluſquā nouercali,quo petitur do Mat-
uiuus infans Germanus diuidi,nihil dubitās, thei.
qđ illa uiſcera miſericordię dei, q pluſquā Salo
mon eſt ſapiēs & bon9, q ueſtē ſuā diuidi non

eſt paſſus, infantem diuidi patiatur: quinimo *1.re.11.d* reddet uiuum infantē matri, reddet ſynodo germane matri infantem uiuum, qui etſi per ætatē conſenuiſſe uideatur (pro dolor) ſenſibus factus eſt puer. Venite renouemus pariter, quaſi regnum, antiquū diſciplinam morū in eccleſia: debueramus fuiſſe tenacius retinētes non eorꝫ ſolum, qui circa uirtutes uerſentur, & uitia, quos cupimus maxime peremendatos, modeſtioreſq́ ac cōmodiores omnibus contingere. *Ethi.li.7 c.d* quotus.n. qſq; chriſtianorum inuenitur, qui ita inſtitutus, & bene moratus ſit, ſicut naturæ ratio poſtulat, ne dum fidei? quotus qſq; diſcinctus illam cipriā Zonam, quæ uel ſcientes & prudentes conſtringit ipſos, ſicut quis libat dn̄o concupitam aquam nedum oculū eruit ſcandelizantē? ſed ijs corrigendis tantū & reuocandis fortaſsis nō erat perinde neceſſarius ſacer iſte conuentus: licet ſine illis fruſtra quiſquis ſibi de fide aut blandiatur aut glorietur, uacua lampade cum uirginibus fatuis numerandus. *Mat.25.a*

Reformatio. In rei.p. itaq; Eccleſiaſticæ reformatione, amabiles Deo patres, per magni momenti eſt & caput illa una, quam pauloante dicebā ſuauitas diſpoſitionis rerum, cuius uel ſola cōmemoratione nihil ſuauius. Si.n. Deus, cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, ſic res adminiſtrat, quas condidit, ut eas proprios motus agere ſinat; quanto magis ſuauitatem hanc diſpoſitionis imitari & obſeruare oportuerit eum, qui authoritati ædificandę nō eſt cooptatus, ſed ſucceſsit, ſed eſt ſortitus, in quo eam uniuerſā accepit eccleſia, nēpe ab unitate ut ꝑficiſceretur, ut deriuaret in reliquū cor- *1.cor.12.c d* pus. ſi.n. totū corpus eſt caput, ubi oculi, ubi auditus diſciplinę ſenſus? qđ ſi eſſent oīa unū membrum, ubi corpus? fruſtra ne ſic poſuerit *Ephe.4.c* Deus in eccleſia apl̄os, & eorū ſucceſsionem; filios.ſ. pro patribus: fruſtra dediſſet paſtores & doctores. hac itaq; uera in ædificationē poteſtas eſt: hic uerus decorꝰne.ſ. qđ pulcherrimum eſt in domo Chriſti eccleſia; ordo ipſe tollat. nō ne ſi Deus ut nō eſſet ſchiſma in corpore, ita temperauit illud, ut qbus deerat mēbris, honorē & abundantiorem qdem uoluerit eſſe tributū: quare non multo magis, quæ *Gregori.* nobiliora habent cohoneſtemus, ſua qbuſq; *1.Thi.1.c* munera, & functionē ꝑmittentes? ſicut btūs Greg. inqt honorem meū non reputo, in quo fratres meos honorē ſuū perdere cognoſco. mētior ego, ſi nō mihi ſermo ille apoſtolicus aſtipuletur, fidelis qdem, atq; omni plane acceptione dignus, q habet, ꝙ eccleſiaſticus ordo cōfunditur; cū ſua unicuiq; iuris dictio nō ſeruatur. ſed rem cōſulto ꝓtereo: nec.n. eſt huius aut tp̄is aut loci, p̄ſertim cum ſit teſtatior, q̄ ut ſpeciatim eam attingere oporteat. Iam.n. inualuit cōſuetudo: a cuius corrupte- *1.cor.6.c* la ipetratū uidetur, ut nihil nō liceat, nec deſint ſpecioſæ q̄dam cauſæ, qbus fit, ut expedire ēt oīa uideantur. Sic intermiſſa eſt cōciliorum ꝓuincialium celebratio: qđ ſcđm genera- *Concilia prouincialia.* lia unica eſt uineæ dn̄i cultura generalibus ipſis uiam parans & eorū (ut ita dixerim) aurora, & ꝓcurſor. quo fit ut ſine illis in œcumenico hoc quā plurimę difficultates nobis ueniāt ſuperandæ. Taceo, ꝙ fere oēs deſertores ſu- *Reſidentia.* mus; & de ꝓſidio & ſtatione decedimus caularū armenti Dn̄ici, quo certe oportuerat palabundas oues ſtudioſe & miſericorditer collegiſſe: qui ita uagamur, quaſi certas ſedes nō *Hebr.1.c* eſſemus ſortiti; & non hoīes ſimus cōductitij *Pſa.67.f* atq; adminiſtratorij ad eos miſsi, q uocati ſūt *Impedi. ordinariorum.* ad hæreditatē ſalutis capiendæ: in quo ꝓclaro munere principes angelos coniunctos habemus, & ꝓuenientes; qbus qdem mandauit de *pſal.90.c* nobis Deus, ut in manibus tollant nos, ne ad *Heb.12.b* lapidē impedimētorū offendat pes affectuū, neue ipſis ad excuſationē utamur. nec.n. adhuc uſq; ad ſanguinē reſtitimus. En poſiti ſumus cuſtodes in uineis: & licet filij matris noſtræ cōtra nos pugnēt: curemus tn̄, ut de nobis meliora & uiciniora ſaluti ſperētur; quam ut dicamus, uineā meā nō cuſtodiui. At illud, *Cant.* qđ dolenter, potius q̄ contumelioſæ dixerim; quāta eſt bonæ deus ꝑpoſteratio rerū atq; inuerſio: ꝙ ordo, collegiū, & ſenatus, quo amplior habetur & ſacratior, ſecularibus eo magis & tp̄alibus ſe curis atq; negotijs implicat: qbus Paulus iubet contēptibiles quoſq; de eccleſia ꝓficiendos: ſpūalia uero inferioris claſsis *1.cor.6.a* hoībus demandantur: quaſi ſpūalia eſſent ꝓp tp̄alia, & non magis cōtra. Sed pietas inſeruit q̄ſtui; & talenta aurea ſpūalia, qua negotiaturi accepimus, infœlici cōmercio pueriliter plūbo cōmutamus. Sic ſpūalibus tp̄alia, diuinis terrena, ꝓtioſis uilia, ꝓferūtur: nec nos mouet, ꝙ Apoſtoli, qui primitias hauſerūt ſpūs, Diaconiā inſtituūt, & dedignātur mēſis miniſtrare, ne tātiſper uerbi dei ꝓdicationē aut oīonē intermittere cogātur: cū tn̄ ad illa ꝑtineat op̄a miniſtratio ipſa, ꝑ q̄ fidelis pp̄ls eſt in dextera *Matt.25.* collocādus. ſed rātos heroas, eorūq; ſucceſſores decuit meliora chariſmata emulari, & excellentiorē præmonſtrare nobis, quā ſequeremur uiam. ſic princeps apl̄orꝫ Linum & Cletū pontificalibus ꝓficit functionibus, quāuis ſacratiſsimis, nequid de oratione, & uerbi Dei prædicatione, uelut de legittimis horis, remitteret,

teret, & ſacratioribus ; & Paulus præ officio
euangelizandi munus baptizandi non agno-
ſcit: at nos quantum iјs uacemus, ſcimus om-
1. Cor. 16. nes: ſciunt omnes. Emendemus igitur in me-
lius, quæ ignoranter peccauimus, qui noſtris
& populorũ peccatis hæc omnia, quibus præ
mimur mala atq; pericula creauimus; ne ſicut
1. Pet. 5. a bene admonet princeps Apoſtolorũ, ſim[us] do-
2. cor. 1. d minãtes in clero: addo & illud gẽtium docto
Luc. 12. c. ris periculoſius quidem; ne ſcilicet credẽtium
1. Thi 3. a fidei dominemur, ſed ſeruiamus magis: ipſi
enim honores in Chriſto in prima quidem fa-
cie uidentur honores; re uera autem nõ ſunt,
ſed miniſteria: ſicut enim oculi non eſt ho-
nor, quod corpus illuminet, ſed actus ipſius;
Miniſteri aut pedis, quod ſit corporis baiulus, non eſt
um epiſco contemptus eius, ſed actus ipſius: ita Ẽpatus
patus. nõ honor, ſed actus Ẽpi. nec. n. ꝓ merito ſuo
antecedẽti honoratus eſt, ut eſſet oculus, uel
Ẽps; aut abiectus, ut poſſit: ſed ad hoc mini-
Diminu- ſteriũ aptus eſt iudicatus. Defecit certe popu-
lio eccle- lus multus a domino: ob tributa magis one-
ſiæ. rũ, an peccatorũ, neſcio: & receſſerunt Aſya &
Africa, perieruntq; nobis quaſi tribus decem, ſi
illarũ prouincias & nationes numeremus: &
una pro duabus tribubus remanſit Europa:
quæ ſicut minor tractu & ditione, ita & reli-
gione (pro dolor) haud minimũ iminuta eſt.
ubi eſt illud tam longè lateq; propagatum im
in ſermo. perium? de quo beatus Leo lætabundus dice-
de. octa. bat? latius præſidens religione diuina, quã do
minatione terrena? & minus eſt, quod tibi bel
licus labor ſubdidit, quã quod pax chriſtiana
ſubiecit. declinauit inquam, & diminutum eſt
chriſtianũ imperium, & in pace amator facta
Eſa. 38. d eſt Eccleſiæ amarior, illius imperij fines, qui
non terræ, ſed cœli religionibus terminantur.
Vnum autem illud etiam adiuratus non tace-
bo, uerſari me non abſq; maxima cordis trepi-
datione inter ſpem & metum, cum uideã Ec-
Trãſitus cleſiam hic contrahi, & in occidente pene oc-
ad indos. cidere, in orientali autem indico dilatari, &
denuo ſuboriri: profectus enim ille ſpem ad-
fert, bonitatis Dei: defectus iſte metũ incutit
ſeueritatis, ne forte nos frangamur, inſerantur
illi; & qui naturalibus ramis non parcens ip-
Ro. 11. b c ſorum delicta quondam noſtras fecit eſſe di-
uitias: ita diminutionem noſtram illarum gen
tium faciat incremẽta. Paſcite ergo patres pec
Pſa. 43. d cora occiſionis, paſcite qui in nobis eſt gre-
1. Pet. 5. a gem, exemplo qui propoſiti eſtis, unde uirtu-
Paſcere tum omnium exempla petantur. exemplum
exemplo. autẽ ſermo quidã tacitus, & pictura loquẽs,
cuius nuſquam non audiuntur uoces, cum
exemplum facti relinquitur. unde plus exem-
plo, q̃ peccato nocemus: & ad hanc uocem
obſtupeſcite, quod quantum irrationali gre-
ge præſtat paſtor, tantum rationabilibus ſibi
commiſſis ouibus paſtor præſtare debet oĩb[us],
ut aiebat beatus Gregorius, forma & ipſe pa-
ſtorum. quod exactius ipſi, ſi placet, perpen- B. Grego.
damus: non enim magnum uideri poſſet, ſi
rationalis homo cum alio comparatus præ-
ſtãtior præſcriberetur (habẽt ſane aliquam cõ
parationem) ſed cum eorum inciderit compa
ratio, quæ prope infinitum inter ſe diſtãt, nem
pe irrationalis gregis & rationalis paſtoris: ui
dete quam heroica & diuina uirtute oues nos
præcellere noſtras iubeamur, qui non raro
nec pauci inferiores inuenimur: quo fit, ut eo
res ſint prolapſæ, ut non ſit iam dicere, qualis
ſacerdos, talis populus, ſed melior populus;
quàm ſacerdos, quod beatus Chryſoſtomus Eſa. 24. a
inter extremas Eccleſiæ calamitates numera-
bat: ſacerdotes inquã, qui cor & ſtomachus
huius corporis habentur, ſuntque ſal terre: & Mat 5. b
quod ipſa ueritas Chriſtus ſacerdotibus & ſcri Mat. 21. c
bis legis exprobabat, prædicens, iam in nos
maxime quadret; publicani præcedent nos in
regno Dei. atque utinam ſic præcedant, ut ta-
mẽ ſequantur: etſi cauẽdum ſummopere ſit,
ne illa nos cenſura percellat, quæ in uolumine
legitur Ezechielis, ubi futuræ Eccleſiæ & cœle
ſtis Hieruſalem ordo deſcribitur; in qua, qui
peccarunt ſacerdotes, regradantur in ædit uos regrada.
& hoſtiarios; & cum in templo ſint Dei, & a exe. 44. d
dextris, inter arietes non ſunt, ſed iter minimas
oues. quod uidetis quantum habeat notæ in
noſtra, quæ adhuc militat Eccleſia, cum ſacer
dotem quempiam exauthoratũ inter hoſtia-
rios iterum referri contingit. Pergite itaq; uer-
bo paſcere: nobis enim eloquia credita ſunt di Paſcere
uina, talenta illa Dominica uos ſęduli et cauti uerbo.
depoſiterum apud uos dogmatum cuſtodes, 2. Pe. 1. d
aurum accepiſtis: aurum cum fænore reddite;
non auri ſpeciem, ſed naturam; quod accepi-
ſtis, non quod excogitaſtis, non priuatæ adin
uentionis, ſed publicæ traditionis: uos firmio
rem habere oportet propheticum ſermonẽ,
cui grex plebis, quaſi lucernæ in caliginoſo lo
co lucenti attendat. Paſcite tandem ſubſidio, Paſcere
ne paſci magis, quam paſcere, imo depaſcere ſubſidio.
uineam Domini, quaſi ſingulares feræ, uidea- exe. 34. a
mini ne ad temporales mercedes cum merce Pſa 76. b
narijs paſcere cõuincamur: ſi enim hic merce
dem noſtrã recipimus. Agamus paſtores, nõ
tonſores tantum. patres enim cum ſimus, uel
eſſe deberemus, nõ nobis, ſed filijs theſauriza-
re nos conuenit, paſcamus in innocentia cor-
dis & in intellectibus manuum noſtrarum.

Pſal 77.a Operæ prætium fecerimus patres, ſi ſine
1. Cor.9.c ſumptu Euangelium & non ſumptum ſine
Euangelio poſuerimus. Euãgelicis delitijs nõ
Phi. 4.c. ad gloriæ exterioris nitorem, ſed ad interiorẽ,
utilitatem utamur. Omnia poterimus patres
in eo, qui nos cõfortat. Adiutores Dei ſumus:
Spũs ſcũs nec ſoli loquimur. ſed ſpiritus ſanctus eſt, qui
aßiſtēs ſy loquitur in nobis. num pro ſe tantum? immo
nodo & pro nobis. primum illud non numero ſed
1 cor 3 b merito maximum apoſtolicum concilium di
Act. 15. c xit uiſum eſt ſpiritui ſancto & nobis. qd quæ-
Ioã. 18 a ſo honorificentius quam cooperatores Deo
Mat 18 c & in re tanta fieri? Quod ſi congregatis filijs
Iſrael in Syon terra ſubiecta eſt, non ne magis
quæ promiſſa etiam ſpiritualis terra eſt, uobis
ſubijcietur & tanquam mites poſsidebitis: q̃
ſi Dominus, qui fidelis eſt in uerbis ſuis ubi-
cunq; duo uel tres in nomine ſuo congrega-
rentur, medium ſe affuturum promiſit, quan
to præſentior in eo erit conſeſſu, ubi non quo
Pſal.19.a uel tres modo, ſed tot Eccleſiarũ Angeli pro
Dei gloria conuenerunt. Hoc pſaltes præcine-
bat, Deus ſtetit (inquiens) nec dubium quin
ſtet adhuc in eccleſia Deorum in medio autẽ
ideſt in filio Deos dijudicat per ſpiritum ſan-
ctum: uos enim dij eſtis & filij excelſi omnes
filij tonitrui. Quid eſt quod a Deo non im-
petret tanta ſimul Angelorũ frequentia quos
miſit Deus colligere ſcandala de regno Eccle
ſiæ ſuæ, ut immittant falcem cenſuræ oris ſui
albeſcẽti iam meſſi? ergo hoc collaboremus,
hoc agamus, in hoc euigilent curæ, & cogita-
tiones noſtræ quaſi ad clariſsimos ſeptẽtrio-
nes dirigantur, ut quod feliciter inſtaurari
cœptum eſt, abſoluamus feliciſſime. Actum
eſt (mihi credite) pontifices pontifici, qui in
eadem uobiſcum eſt naui, de fide, religione,
de pietate, ſi (quod Deus prohibeat) ſpes quã
Eccleſia hactenus habuit in concilijs, nunc
1. cor.15.c fruſtrata fuerit, & uel ſemel nũc uiderit mun-
Ge. 44.g dus inanes eſſe hos conuentus, erimus autem
omnibus hominibus quos ſol ſpectat, miſera
biliores, ſi teſtes fuerimus ne dũ miniſtri hu-
ius calamitatis in præcedentium cõciliorum
infirmemus fidem. Intuemini qd a uobis ex-
pectet mundus, cuius oculi in uos ſunt con-
iecti: ſpectaculum enim facti ſumus mundo,
Angelis, & Deo Opponite uos patres medios
quaſi Aaron, ſtate inter uiuentes & mortuos.
1. cor.4.b Offerte thimiama. Iã enim, ſicut quæ egreſſa
Nu. 16.g erat ira a domino, multitudinẽ uaſtabat, ita
Offeren- quę de aquilonis partibus hęreſum labes atq;
dũ Thi- portenta iam dudum eruperũt per totum or-
miama. bem terrarum, ſumma impunitate & licentia
uagantur & plaga deſæuit. Erigite ergo uos &
cõfirmate: caueamus ne quicquam uel ob gra-
tiam uel timorem ſtatuamus, aut ſtatuere in-
termittamus: in omnib' exhibeamus nos in-
contaminatos negotio, ſicut Apoſtolus ad-
monebat. Non patiamur partes noſtras deſi- 1. Cor.7.c
derari, confidenter & uiriliter decernamus q̃-
cunq; cenſerimus orbis ſaluti conducere: &
poſthabitis omnibus ad unam Dei gloriam
reſpiciamus. Nemo abſcondat ueritatem Dei Pſal.19.e
a conſilio multo: curemus pietate operum ſe
dulo dominum promereri, qui faciat corda
noſtra templum dignum, ubi ſpiritus domini Pſa.138.a
ſedeat, qui per nos in tractatibus conquiſitio
nibus & ſeſsionibus loquatur, uniuerſus mun
dus cognoſcat ſeſsionem noſtram eccleſię ſo Pſa.126.a
re reſurrectionem, ut poſteaquam tandiu ſe- Reditus
dimus in ciuitate, tandem ſurgere & ad pro- ad oues.
prias quiſque oues & optatas diu ſedes redere
dei munere poſsimus: & tũc erit placenta fru-
menti in ſummis montium, & implebuntur
(dicit Dominus) Eccleſiæ areæ frumento ele- Luc.24.g
ctorum, & redibunt qui obliti fuerant cõme- Zac.9.d
dere panem ſuum, & torcularia redundabunt Ioel.2.f
uino, quod germinat uirgines & multiplica- Pſa.101.a
buntur a fructu frumenti & uini, reparatis & Pſal.4.a
confirmatis ſacramentis; quæ ijs elementorũ Gen.25.f
ſpeciebus miniſtrantur: & tu ſynode ſancta a
Domino uocaberis, uoluntas mea in ea, uo-
luntas mea in ea.

Sed, ut extremum habeat aliquid oratio
mea, & ut ego ante dicẽdi finem faciam, quã
uos me tacente audiendi, ſpeciatim aliquid
de dogmate orthodoxo attingã breuiſsime:
de quo ſatis egiſti tu ſynode ſacroſancta, & cũ
Thoma fidei digito corpus hoc ſanctiſsimũ
tetigiſti, atque ſcripturæ ſacrę uelut manu, at-
trectaſti. Litigabant quondam increduli Ca- Io.20.e
pharnaitæ, ad inuicem de Chriſto dicentes, Exami-
quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam da natur
re ad manducandum? litigant & nunc nõ no- dog.
biſcum modo, ſed inuicem etiam recentes Ca
pharnaitæ, diuini uerbi & omnipotentiam ne
gantes dicẽtis, Hoc eſt corpus meũ & bonita- Io.6.f
tẽ pariter, qua ſe tam intime cõmunicare di- Luc.22.b
gnatus eſt dum dixit, Accipite & manducate,
Hoc ille ait, qui dixit, & facta ſunt. non enim
immenſæ illi diuinæq; bonitati ſat fuit, quòd
paſsibilem carnem indueret de noſtro acci-
piens, niſi nobis daret de ſuo, per ipſum nem
pe ſed impaſsibile & inuiſibile corpus, quod
de noſtro acceperat, ut qui humanam perſo-
nam non aſſumpſit, ſed naturã, ſui ipſius uer-
bi perſonæ uniuit, noſtris ſe hoc ſacramento
ſtupenda quidem charitatis dignatione quo-
dammodo perſonis uniret, & noſtra eſſet Do

mini aſſumptio.fœlices nos, quibus ita præ-
cioſa donata ſunt munera, ut habitaret ille in
nobis,in quo plenitudo diuinitatis corpora-
liter noſcitur habitare, ſed audet malitia pu-
gnare cum uictrice ſapientia & in propria ue-
nientem Dominum non recipere pudet nihil
Sapi.7 d tam bonæ gratiæ ingratos:unde tanto hoſpi-
Io 1.b ti inhoſpitales poteſtate illa, qua Dei filios fie
ri acquieſcunt, quotquot benigne excipiunt,
ſe inhumanæ abdicantes mendacij filij patri
ſuo,quàm ueritati credere elegerũt: auidentia
merito a Domino percuſsi ſunt,qui dum non
alia ratione magis hanc litis flamam de ſopi-
Deu.23.a tis cineribus accenderunt, quàm ut Papæ Pe-
tri ſucceſſori incommodaret (ita enim aiunt)
quaſi Balaam, pro maledictione benedicen-
tes,cum fruſtra ſudant in aſtruendo menda-
cij dogmate, ueritatem ui numinis impellen-
te confeſsi ſunt (ore proprio cõdemnati) nec
inconſulto Petri ſucceſſori libenter incommo
dant,qui primum Petrum primam hanc hæ-
reſim recolunt refelliſſe ut dicẽti domino ad
duodecim,nũquid & ipſi abire uellent, ſicut
& cæteri,reſpondiſſe præ omnibus & pro om
nibus,Domine ad quem ibimus? uerba uitæ
Io.6.g æternæ habes Magno nunc ergo iure Petri &
Apoſtolorum ſucceſſores, quos & oderant &
timebant, apoſtaſiæ huius diuinos uindices
experiẽtur,ut ſicut per Petrum adſerta eſt do
ni ſpiritus ſobria æbrietas; ita per eius ſucceſ-
ſores calicis huius æbria ſobrietas conſtituа-
tur Libet autem ex Euangeliſta hanc hære-
ſim recedentium a domino appellare, ut uel
Act 2.e hinc damni magnitudinem æſtimemus qua-
ſi ad recedentes iſtos illud maxime pertineat,
diſcedite a me maledicti, ut qui a Domino re
Matt.25. cede.e cum capharnaitis elegerũt, ab eo æter
Pſa.68.b num diſcedere cum reprobis cogantur.Qua-
re patres armamini zelo,quo uos uideo pro-
pe commeſtos, ut ſacramentalem hanc man
ducationem continuo in Eccleſiaſtico con-
uiuio ab ipſo conuiua Chriſto cuſtoditam &
pluſquam mille integros annos ſine contro-
uerſia receptam lautiſsime inſtruatis, ex nul-
lo non loco uocantes frequentiam diſcum-
bentium. ut quando immedicabiles iſtos ie-
iunos & inexcuſabiles, qui receſſerunt ho-
mines, ſuo ipſorum iudicio iam damnatos
reuocare non detur, quin retro abire pergant,
illos ſaltem retineamus, qui nutare uidentur,
qui ueneni huius eam auferunt quãtitatem,
quæ nec occidat nec digeratur, nec mori co-
Matt.22. gat,nec uiuere ſinat. Quos quantum opinor
a.b. ſermo ille domini uirtutis plenus reſpexit,qui
habet nũquid & uos uultis abire?ab ipſo Do
mino interim poſtulantes,ut, ſicut ſermo il-
le, quem quaſi dubitans protulit, omnẽ a di-
ſcipulis abſtulit dubitationem: ita noſtra hęc
conquiſitio quaſi percunctatio illa dubios re
tineat,fideles confirmet.ſed quando ea eſt di
uitiarum ſacramẽti huius altitudo, ut Linceã
fidem,quæ poſsit penetrare interiora uelami
nis magis, quam diſcuſsionem deſideret, niſi Pro.25.d
malit ſcrutator maieſtatis opprimi a gloria Luca.8.f
Domini,cuius uel fimbriam ueſtimenti cum
muliere euãgelica tetigiſſe ſufficit ad ſalutem:
nihil ſupereſt quod dicam aut afferam(ne pręſertim uidear de hoc præiudicium facere)præ
ter unam laudem. Quid ni enim laudarim ſa
crificium illud,quod peculiari quadam ratio- Laᵘſacri.
ne laudis dicitur eſtq́? & hæc non ſit ſpecio- Pſa 49 d
ſa laus in ore peccatoris; quid ni ſacrificium
laudis honorificet me? hoc eſt mortis Chri-
ſti ſacramentum, idẽmque reſurrectionis te-
ſtimonium ad eam comprobandam Chri-
ſtus Iacobo ſub panis, ſpecie comedendum
ipſo reſurrectionis die traditur porrexiſſe.
Hæc exigitur a nobis Vicaria fides, qua pri- Vicaria
morum parentum perfidam pia credulitate fide pro
reparamus, ſicut enim de cibo illo præcepit pomo.
Dominus dicens, in quocunq́ die comederis
morieris,ita de hoc mandans ait,ſi quis man
ducauerit, non morietur. Pro illo ergo cibo, Gene.2.c
quem illi inobedientes & increduli comede- Io.6.b
runt, hunc nos obedientes fœlicius comeda-
mus credentes per illum, ſicut falſo ſerpens,
ſed per hunc,ſicut uere ſerpentis creator dixit
diuinæ nos naturę effici conſortes: quippe in
Deo manẽtes,in ipſumq́ trãſformatos & inſi-
tos, nec iam ad noſtram conſpiciendam nu-
ditatem noſtros oculos aperiendos, ſed ad
inaccẽſam uidendam lucem illuminatos,tan
quam fauo melis cũ Ionatham guſtato, obe- 1.re.14.c
dientiæ bonum eligere ſcientes, & malum cõ
temptus reprobare. Fit autem,ut quo quiſq́
magis ratione aſſequi hoc tentarit, & comprẽ
dere,apprehendat minus: hoc deprehẽſi ſunt
infideles multi,qui dum hoc non credunt ſa-
cramentum, incredulitatẽ in ſeipſis latentem
explorarunt,ut multa nataret in eorum labijs
fides: hæc ſicut prima fuit hereſis, totam fi-
dem corrumpi & lydio quaſi lapide angulari
indicari probatos quoſq́.Animalis autem ho 1 cor.2.d
mo non percipit,quæ ſpiritus Dei ſunt,ideoq́
ſapiẽtes in oculis ſuis nõ potuerũt intelligere
ſacramentum, niſi prius credentes. Nihil eni
perinde ſenſus prudentię carnis exteriores ſi-
mul,& interiores infatuat, atq́ incarnata hęc
Dei ſapientia quæ timentibus cum in eſcam Io.6.
ſe panis ſpecie uelatũ uoluit exhibere quoti-

die comedẽdum & uidetur adhuc multis durus ſermo, ſed duris: fecit igitur ſic qa uoluit, qui eſt omnipotens, o uere ſtupendum miraculum, monumentum perenne mirabiliũ Domini, ineffabile & incomprehenſibile ſacramẽtorum ſacramentum, eorumq́ omnium finis. eo enim reſpicit ſanctificatio ſacramentorum omnium, ut præparatio ſit ad euchariſtiã conſecrandam, aut ſuſcipiendam: cuius figura qd aliud, quam admirationis uox eſt manhu (qd
Exo.16.c latine pape dixeris) cuius uicinior umbra fuit
Io 9. & delineatio refectio illa hominum quinque mille ex panibus quinq; multiplicatis. qualis igitur in ueritate mentis exceſſus? uere ſilet ti-
Proub.64 bi laus Deus in hoc ſacramento & manifeſte quidem magnum eſt pietatis ſacramẽtum, ꝙ modicæ maſſulæ operimento occultus Deus in Chriſto maneat.

Vere Deus abſconditus, quid eſt homo o bone Ieſu, ut pretefacias precioſiorem? cur ita magnificas, ut te parui facias? eligasq́ ſub uilibus ſpeciebus latere, quo adſis Emanuel uſq; ad ſeculi conſumationem. uere maxime probat hoc ſacramẽtum, ꝙ habes, in delitijs eſſe cum filijs hominum. certe homo ſi alioquin Angelus minoratus, uel inde præ illis exaltatus eſt, qa tu homo: nõ.n. angelos, ſed ſemen
Pſal. 64. Abrahæ apprehendiſti. & licet grandis natio
Dignitas hominis angelorum, non habet Deum appropinquantem ſibi, ſicut Deus noſter adeſt nobis. o mera
1.thſ.3. d dignatio charitatisq́, o dulcedo ſpiritus at-
Eſai.45.c que ſuauitas nõ habẽs quo aſcendas, aſſum-
Pſal.8. b pſiſti quo deſcenderes, ex domino in ſocium,
Eſai.8. b ex cõueſcente in cibum. Tuam facis mortem
Matt 1 d noſtrum precium, te deniq; noſtrum regnum
Prou.8.d & præmium. benedictus es domine, qui feci-
Hebr.2 ſti te omnia omnibus, qui es futurus omnia in omnibus. Benedictus es Deus, qui dediſti
Coloſ.2.b abunde nobis omnia ad fruendum in hoc ſu
Cant.2.a per benedicto fructu uentris Mariæ. Benedicta filia, per quam fructum uitæ communicauimus, da ſub umbra illius, quem deſideramus, ſedere. Ecce terra noſtra dedit fructum ſuum gutturi noſtro dulciſſimum tuſcementum fructum uarie ſpiritus ubertatis & iuſtitiæ frugum incrementi miri, incipientibus tri-
Pſa.84.b ties, proficientibus ſexagies perfectis cẽties af
1.Cor 9.c ferens, quam accepit fructus terræ ſublimis, &
Mat.13.b panis uitalis & ſubinde uiuus qui uiuos dece-
Canti.6. at & reſurrectionis filios, ſicut mortuo cibo
Vnig. mortales nutriuntur, optimo iſto cibo nõ implentur niſi eſurientes, non eſuriunt niſi repleti non faſtidiunt, niſi inanes, & uacui. Cibus grandiũ qui mutat in ſe nõ mutatus in aliud, qui edunt, adhuc eſuriunt, & qui bibunt, plus

ſitiunt. Non ſit illa infœlix anima abominata hanc omnem eſcam propinquior facta terris mortis. Hoc bonum quidem unum & idem triplex eſt, oblatio, quæ Deum reſpicit, cõmunio nos ipſos, uiaticum uero proximum, præ Pſal.196. b teritum præſens & futurum tempus quadam æternitatis imitatione complectens, quo eſurientes implẽtur. Oblatio in cruce initiata eſt & cõſumata. ueritas.n. ueri ſacrificij umbratile cõſumauit, facta uero iugiter durat deo ſacrificium ueſpertinũ & matutinũ in odorem Pſ 140. a ſuauitatis, quod nos incruentum offerimus Nu. 28. c repræſentantes, exhibentesq́. quid enim retri- Pſa.115.a bueremus domino, non habebamus, nec habemus adhuc alium, niſi ipſe ſe tribueret, quo placaremus. alterum eſt ſacri, nouiſſimiq́ cõ Mat.22 b uiuij communicationis: a quo nullus, quantumuis pauper, aut retributionis impotens Rom.2. b excluditur, immo compellitur, ſi ueſtem ha- Eccle.4.c beat nuptialem: nec enim acceptor eſt perſo- Ioſ.9.a narum. Dominus: omnium ipſa eſt quæ in- 3.re.19. b terim proximiores hic in unum tenet cõmu- Pſ 118.m nio. Tertium, quaſi triplex funiculus uiatici, bonum eſt, quo tãquam per ueram, regiamq́ uiam homo perducitur ad terminum, & omnis conſumationis finem Deum, cuius ſempiternæ fruitionis ſymbolum eſt, qua ſacramen tali manducatione, qui ſe lædit, conſecratur, ægrum nutriens corpus proprium, prodeſt tamẽ corpori Eccleſiæ uniuerſo & ſacrificij oblatione & communione ſacramenti. de huiuſ- Apho. modi Chriſtus homine predixit nihil ei profu Hypoc. turum etiã mundum totum lucranti, qui ſuæ Mat.16 d tamen animæ pateretur detrimẽtum. Hæc regnum eſt, quod Dei filius nobis diſpoſuit, ut edamus & bibamus ſuper menſam ſuam, nõ ſua modo, ſed ſe, ut iam uere dicere audeam' Luc.22.c regnum Dei eſca & potus hic calix inebrians. ſed præclare huius poculi ſobria ebrietate madebat aliquãdo pia illa Monica, cum qua exclamare geſtit animus, cor meũ & caro mea exultauerũt in Deum uiuum. Hæc paratur no Pſa.22.b bis menſa opipara aduerſus omnes, qui tribu Pſal 83.a lant nos. Manducemus itaq; patres & adore- Aug. lib. mus, ſed non ſicut pingues terræ, qbus & hæc cõfeſ.9. fit menſa, alijs in retributionem honoris in la- Pſal.11 g queum conſcientiæ, alijs quibuſdam in ſcan- 22.b. 68. dalum proximorum. Sed creuit plus ſatis ora- d tio. Ecquis enim ſatiari poterit dulcedine hac mirabili, qui conſideret Dei conſilium ſacramentum uoluntatis ſuæ & beneplaciti, atque ſupereminentẽ magnitudinẽ operationis uirtutis eius in ſacramenti huius ineffabilis per- Cor. 1.b. amabili inſtitutione charitatis immenſitatẽ, c.d ſanctitatem inenarrabilis, perfuſiſſimiq́ do-

ni: quip-

ni: quippe in quod uenit dator ipſe ſanctus
ſanctorũ; panis noſter quotidianus effectus.
Si ſe igitur, quomodo no & ſecum omnia no
bis donauit? Omnia itaq; patres, noſtra ſunt:
Mat.6. d nos autem Chriſti, Chriſtus uero Dei. Tali er-
go pane corde cõfirmato, cuius participatio-
ne unum corpus ſcilicet efficimur eya Chriſti
milites arma ſpiritualia reparata induamur;
arma lucis. Nunc enim generali quodam to-
2.cor.10.a tius eccleſiæ exercitu contra mũdi huius Prin
Ro.13.d cipem ſaluator congreditur. Beati, qui ſub ta
Io 12.e li duce ſtrenue militant: ductor cohortis hu
Papa Iul. ius primariæ & inuincibilis non iam unus Iu-
Impator lius Cæſar, ſed hic noſter ſacratiſſimus Iulius,
Carolus. & Cæſar alter Carolus maximus, Romano-
rum iuſtior Imperator; qui unanimes, tanquã
Moſes & Aaron, deducunt populum Dei, do- Pſa.76.d
meſtica regis magni familia militat. in proxi- 1 Cor.16.
mo eſt ut manus conferat, deſcendit Archa d
Dei in caſtra. collata ſunt ſigna. quod ſi un- Prou.6.b
quam alias, hoc certe tempore acceptabili ne- 1.Reg.4.
fas eſt ignauiter agere: confidamus in eum, 2.cor.d.a
qui uicit mundum; non ſibi ſoli uicit. habe-
bimus uictoriam, qui fidem habuerimus: illa
eſt, quæ uincit mundum. Ergo qui ſpe uicto- Io.16.g
res iam ſumus cõſtituti ſuper gentes & regna, 1.Io.5.a
ædificate, plantate, euellite, Deus autem (Pa- Hier.1.b
ter gloriæ) per filium ſuum Dominum no- Ro.16.e
ſtrum, in ſpiritu ſancto conteret uelociter Sa-
thanam ſub pedibus noſtris. Amen.

FINIS.

DE CHRISTIANA PROFESSIONE

Oratio, & ad Sanctiſſimum magni illius Præcurſoris Seruatoris noſtri imitandū exemplar, in Tertia Aduentus Dominica. 1551. Viro Chriſtiano a ſancta Eccleſia propoſitum, & recitatum, Humilis & pia Hortatio ab Auguſtinenſis Familiæ ordinis Eremitarum Religioſo, Habita,

AD AMPLISSIMOS PATRES

Concilij Tridentini.

F. Leonar. Aret.

ET Siſæpius cogitarim, Reuerendiſſime huius ſacroſancti œcumenici Concilij Legate, Illuſtriſſ. Tridentine Princeps, duo Eccleſiæ lumina, Præſides Reuerendiſſ. Electores ſapientiſſimi. Nuncij, & interpretes, illuſtrium orbis principum conſultiſſimi, paſtores Boni, & uigilantiſſimi, patres lōge Reueren. Aſtantes omni uirtutum genera ornatiſſimi.

Et ſi ſæpius cogitarim, diuq́ memoria repetere, & animo menteq́ reuoluere non deſtiterim ab eo quod hoc mihi dicendi munus iniunctum eſt, a maioribus meis, quorum Authoritati reluctari nec poſſum nec dbeo, Quę uerba mihi inueniri poſſent, quibus de Chriſtiana profeſſione, quod primum mihi dicendum propoſueram, Aliquid ueſtra uirtute dignum in medium afferrē, Deinde eximij illius præcurſoris Seruatoris noſtri Sedulitatem, & operam pro domo Domini, quæ eſt Eccleſia Dei uiui laudarē. Et uos tanto eius exemplo ad uniuerſę Reipub. Chriſtianæ, ueſtræ fidei & pietati commiſſæ: gloriam & incrementum adaugendum pie exhortarer: Vel deniq́ ueſtram humanitatem, qua adducti, me, attentiſſimis animis ſumma cum benignitate auditis, debita ueneratione proſequerer.

Omnia tamen ita mihi cum ingenio, doctrina & ocio, deeſſe uerba cognoui, ad ea q̄ optabam perficienda, Vt in me nihil prorſus aliud eſſe uiderim, quam quod orationi fidē, & oratori dignitatem & authoritatem auferre poſſint, Dum uero hæc non animum, ſed timorem augerent, Magiſq́ ex ſententia uiderer opus recuſandum eſſe quàm proſequendum, Ne tamen diu tenerem, hunc mihi Conſilij exitum tandem adinueni.

Quod Eccleſiaſticæ lectiones ſic diuino diſpenſantur Arcano, ut peritis ſcientiam afferāt cumulatiorem, rudibus uero qualem & me etiam & numerari uolo, ſalutaris intelligentię gratiam largiantur. Non itaq́ eam mihi dicendi facundiam opus eſſe putaui, non illo eloquentiæ fonte niteſcere, quo Demoſtenes ille græce facundiæ interpres, aut Latini eloquij lumen Cicero calluerunt. Non eorum arte, quorum, quaſi torrens repentinis auctus imbribus, nuper per hæc ornatiſſima ſubſellia oratio ferebatur, Et hominum mentes, rapiebat, tenebat, apprehendebat, cohercebatq́. Sed tantum illius mihi gratiam ſufficere exiſtimaui: Qui corda fidelium ſancti ſpiritus illuſtratione docuit, ut det nobis omnibus in ſpiritu ſancto Congregatis recta ſapere, & de illius ſemper conſolatione gaudere, per Ieſum Chriſtum ſeruatorem noſtrum.

Cuius ego ope fretus, & ueſtra pietate confiſus, Quid de Chriſtiana ꝓfeſſione ſentiā breui, qua in re Diuinū īploro auxiliū, explicabo.

CHriſtiana profeſſio eſt imago uirtutis, rationabiliter animata interius, & exterius laudabiliter uiuens, in nullo deficiens quod ſuam exprimat perfectionem. Ecce quam breuibus, nō inquam elaboratis, aut nimio plus diſertis uerbis, ſed magis piis, & ad intima ſpiritus penetrantibus, & corda audientium in Deum transformantibus, pij & catholici patres ueram Chriſtiani militis profeſſionē deſcripſerunt. Vt uero nullo unquam tempore ueticum eſſet mortalibus, huius pulcherrimæ imaginis ſpeciem, & formam intueri, ſed eam in ſe ipſis quotidie tanquam in ſpeculo contemplari liceret, Hanc ipſam omnium opifex in primo parente, quaſi in Aurea quadam tabella adumbratam, in enarrabili quodam, mirabili tamen, artificio effinxit.

Quem uirtutibus ornatum, ſcientiarū ſplēdore coruſcum, gratia præditum, nō ocio debentem exiſtere, ſed ut operaretur, in paradiſo poſuit deliciarum, Vnde minus obediens exploſus, uirtutibus ſpoliatus, uulneribus affectus, ſauciatus & ſemiuiuus relictus, ita & ſe & mortales omnes omnium generum iniuſtos, mendaces, uanos, ac ipſa inanitate inaniores reddidit, Vt niſi nouo deſuper ſpiritus afflatu renouati fuiſſent, & eorū animis pulcherrima hæc imago qua primus parens decoratus, & ſua culpa ſpoliatus fuerat, reformata, omnes ſathanæ obſequio addicti æterno illo bono, ad quod maxime admiti decet, priuati fuiſſent.

Sed clementiſſimus Deus, qui ad ſuam in-

finitam

ſinitam bonitatem declarandam, cœlum &
terram, & reliqua quæ ampliſſimo cœli com
plexu cohercentur creauit, cuius tanta eſt ma-
gnitudo liberalitatis, ut creaturas omnes no-
uis ſemper benificijs exornare nunquam in-
termittat, Qui erat in Chriſto mundũ recon-
cilians ſibi, cui multa iam ſecula grauiſſime
iratus, atq; offenſus fuerat, more pij patris, a-
nimo benefico, ac liberali, & ad hominem iu-
uandum admodum propenſo; Ecce ex iniu-
ſtis iuſtos reddit, peccata omnia condonat,
ſpiritum ſuum impartitur, & hominem ipſum
nõ modo in priorem ſtatum, ſed illo meliorẽ
reponit. Nempe nos in filios ſuos adoptatos,
promptos, alacres, paratos, & ad omnia uir-
tutũ officia propenſiores reddit: Reconciliãdi
modũ inſinuat apl's. Cũ inimici, inq', Deo eſſe
mus recõciliati ſumus ꝑ mortẽ filij eius, cuius
nos uoluit eſſe participes. Modo eiuſdẽ generis
Chriſtiani ſimus, qui uerã fidei imaginẽ ſic ge
ſtemus, ut non quaſi Rationis, eruditionis, &
pietatis omnis expertes, flagitioſi, & turpiter
uiuamus: Cuiuſmodi ſunt quamplurimi, qui
ſe Chriſtianos numerari uolunt, cum Chriſti
tamen ſimiles in uiuendo eſſe nolint. Horum
imago non imago uirtutis laudabiliter uiuẽs
eſt: ſed inſtar illius quæ lapidibus affixa omni
opere carens, ratione inſuper & ſenſibus exte-
rioribus deſtituta, Cuius cor, mens, animus,
intellectus, lapis eſt: Quæ omnia ueri homi-
nis ſimilitudinẽ exprimũt, & nõ proprietatẽ.

Veros Chriſtianos in Chriſto effingit ſan-
ctiſſimus uirorum cœtus in actis ſuis. Qui per
tranſijt benefaciendo, & ſanando omnes op-
preſſos a diabolo Bonis itaq; operibus nobis
uitam æternam promereri poſſe donauit: Vt
ꝑ illa ſatagamus certã facere uocationẽ nr̃am.

Atqui ex eorum numero ſunt, qui ueram
Chriſtiani militis imaginem deturpari, uirtutẽ
ſibi adeo in dictã ocio ſordeſcere, precioſum
tempus, nobis ad benefaciendum, a Natura
oblatum, per ſoccordiam, & ignauiam, grauiſ
ſima puniendam iniuria, deperdi ſinunt. Qui
tantum Chriſtum paſſum ſibi ad ſalutem ſuf
ficere putant ſicq; ſeſe Chriſtianos probos ia-
ctant. Nonne cor eorum uanum eſt, & lingua
mendax, & ueritas in illis non eſt? Nõne Chri-
ſtum ipſum impiorum ducem conſtituunt?
At quid quæſo patres Amp. Chriſtum uiam,
ueritatem, & uitam, ad erudiendum & iuuan-
dum hominum genus ueniſſe putandum eſt,
quam ut nos ipſos ſteriles inquam, atq; infru
ctuoſas Arbores ſpiritu ſuo uiuificaret, quo
uberrimos uirtutum fructus Deo patri acce-
ptiſſimos redderemus? Sub tropo. Nobiliſſi-
mi & ingenui animi uiri in regionem longin-
quam abeundis Seruator noſter docuit quid
potiſſimũ eos agere oporteat, qui uere Chri-
ſti ſunt. Spiritualem inquam mercaturam, ſed
& fructuoſam hancq; & quæſtuoſam nos Do
minus, quandiu in hoc mundo degimus exer
cere uoluit. Qui tam pecuniæ nobis datæ quã
lucri quodcunq; ex illa ſuper lucratum fuerit,
exactiſſimam ſumus rationẽ reddituri, Quód
ſi talentum ipſum nõ ociandi, ſed negociandi
ſua liberalitate noſtræ libertati donatum, aut
humi ſuffoſum, aut ſudario obuolutum ab-
ſconderimus: Auferetur profecto talentũ ab
eo qui id habere uidetur, & adhuc habẽti da-
bitur. Quid in hoc, patres. Sibi uoluit ſerua-
tor, niſi ut ignauium, & inertium hominum
negligentiam, & ceſſationem Deo odioſam
oſtendat? Eoſq; quorum mens ocio ſordeſ.it
indignos liberalitatis, & diuinæ hæreditatis
aſtruat: Vt nulla ſit eis ſors in regno Chriſti,
& Dei?

Ad Euangelium.

Huius cauſa Ioannes miſſus eſt non modo
ut Chriſtum longe ante promiſſum, diu a pa-
tribus deſideratum iam adueniſſe nunciaret.
Sed quales eos eſſe oporteret, qui illius parti-
cipes fieri cupiunt, Quod ſub breui ſacroſan-
ctæ lectionis Euangelicæ nuper decantatæ,
periodo, in Sanctiſſ. hoc uiro, & Deo acceptiſ-
ſimo nobis uidere eſt.

Poſteaquam enim ſacerdotibus, & leuitis
Iudæorum, quos principes & phariſei de Tri-
bu Iuda nobiliſſimi, ab hieroſolymis, locus in
quam ſacer, in quo tantum adorari fas erat,
ad Ioannem miſerant, ut quis nam eſſet inter-
rogarent, intrepide reſpondit, & ſe non eſſe
Chriſtum ingenue confeſſus eſt, ſciens eundẽ
honorem nulli mortalium competere magis
quam ipſi Chriſto, propter quem ipſe Ioãnes
ut ei uiam pararet, & teſtimoniũ de illo perhi
beret in mundum miſſus eſt.

Ad hæc & num Helias eſſet inſtanter con-
tendentibus, ſe Heliam eſſe apertiſſime nega-
uit, quamuis in ſpiritu, & uirtute Heliæ, ſancto
pœnitentiæ exercitio, & prædicationis officio
recte ſe oſtenderet, ſimiliter nec prophetam ſe
eſſe uoluit, eorum nempe, qui uenturũ Meſſiã
a longe prædixerant, ſed præcurſorem qui A-
gnum Dei uenientem, peccata mundi auferen
tem, in ſpiritu baptizantem, nunciaret, & pu-
blice prædicaret, & digito oſtenderet. Sicut
etiã ſcriptura teſtatur quod neceſſum ſit om-
nes prophetas in uetus teſtamentum relega-
re (qui omnes, & ipſa lex uſq; ad Ioannẽ pro-
phetarunt) ſe uero ad nouũ pertinere qui ne-
dum propheta.i.a longe, ſed pluſquam pro-
pheta

pheta eſt, cuius in officio maior nullus ſurrexit, Vel denique cum non ſe uerbum, ſed uerbi clamantis uocem manifeſte uocauit. Statim quid Chriſtum recepturis potiſſimum agere conueniat: ſub Eſaiæ teſtimonio oſtendit, cum ſubdit.

Dirigite uiam Domino, O præclarum ſanctum & ſalutare uerbum, cunctorum fideliũ cordibus intimius quam ut dici poſſit nunquam non retinendum. Non modo in ſinagogis Galileæ ad errantium Iudæorum mentes diriguntur hæc uerba, uiri patres, ſed cunctorum magis fidelium quotquot Chriſtianam ueritatem profitentur corda petunt, excitant, & impellunt.

Dirigite inquit uiam domino. O Chriſtiani milites, ſi enim Dominum ueſtrum ut filij timetis, fidelis ſerui & prudentis iuſſa ſuſcipite. Si regem ueſtrum ueneramini, nuncij, & præconis edicta intelligite, ſi uerbum in quo Deus ſibi complacuit, audire contenditis, uerbi clamantis uocem arripite. Sed quæ nã hæc uox? Dirigite uiam Domino Quid ergo faciemus quo tutior uia domino dirigatur? Via Domino dirigitur cum Deus uiua fide, corde concipitur, & opere ſanctitatis exempla monſtrantur, Vt ergo Dominum dominantium, regem regum, Dei uerbum, Hilares animo, Alacres mente, purgati corde, Dominum timere, Regem ſuſcipere & uerbum concipere, diuque retinere animo, mente, & corde ualeamus, uiam domino dirigamus. Rectas facite ſemitas Dei noſtri, ideſt Conſcientiarum noſtrarum ſpinæ radicibus prorſus euellantur, Quæ ſpinæ quot & quales ſint, nec meum eſt nec loci authoritas nec ueſtra grauitas, nec temporis malitia permittunt, id tamẽ ſat mihi tũc dictum fuiſſe puto, dum eas ipſas quemlibet in ſeipſo experiri, & pungentes ſentire affirmem, teſtimonium reddente unicuique propria conſcientia arguente, & defendente ita diuina ordinante iuſtitia ut male agens ſibi ipſi pœna ſit.

Quod ſit domino dirigere uiam.

Spinæ itaque conſcientiarum noſtrarum ſic euellantur, ut uenienti Agno qui tollit peccata mundi aditus fidei pateat, Et cum intrauerit magis in pietatis operibus inſudemus, ne noſtra iniuria, aut dæmonis aſtutia tollatur uerbum de corde noſtro ne ſalui ſimus.

Sed ne quos occupatiſſimos uideo magis occupem hac breui ſacroſanctæ Lectionis hyſtoria, hoc uno Diui Ioannis Exemplo, paſtores omnes Eccleſiarum, mihi monere uideor: ut ſicut enim ipſe miſſus eſt in mundum, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ita illi ſanctum, & ſalutare Dei uerbum ad ſubditas ſibi oues, ſuo labore peruenire curent, ad illas præſertim quibus adhuc in deſerto Cedar habitantibus nihil de uera ſalutis uia, ueroque lumine nunciatum eſt, His præſertim calamitoſis temporibus, quibus pauci admodum in Eccleſia Doctores docet, pauciſſimi uero, e, media plebe ſunt, qui docendi officium ſibi non aſſumant. Nullus eſt ueſtrum, patres, qui ignoret talibus Eccleſiæ opus etiam paſtoribus qui cum Ioanne Bapt. & uerbo doceant, & exemplo Sancto ędificent. Nulli minus ocioſi eſſe debent, quàm quibus aliorum cura demandata eſt. Prouidete igitur uobis, patres, & gregi uobis commiſſo quos Spiritusſanctus poſuit regere Eccleſiam, Et ſi ullum unquam fuit tempus in quo Eccleſiæ uobis commiſſæ ueſtra opera egerent. En hoc adeſt, in quo nõ modo corrupti ſunt mores hominum, ſed ob hæreticorũ uerſutiam ad hinc triginta & tres annos, & amplius fides ipſa noſtrę ſalutis initium, nutet, & pene corruat. Ad hos errores tollendos ad has inſurgentes in Eccleſiã hæreſes propulſandas, & expellendas, Eccleſiæ Antiſtites, & ſeniores Spiritu ſancto edocti, Generalia quæ & Oecumenica dicuntur ſacroſancta concilia conſtituerunt. Quibus in concilijs membris malæ affectis neceſſaria & opportuna remedia adhibentur, ne morbus iſte paulatim ſerpendo, aut latius ſe diffundendo totum Chriſti corpus cõmaculet. Sed ſi fieri poſſit quod infirmum, & languidum eſt, ſanitati reſtituatur, quo gaudium ſit Angelis Dei in cœlo ſuper eiuſmodi peccatoribus ad pœnitentiam conuerſis modioque, ablato pariete iucũdum ſit habitare fratres in unum: Cauſa quidem, quam obrem concilia celebrari ſolẽt hęc eſt, ſed utinam Deus huic iã diu inchoato Concilio proſperos ſucceſſus det quos inimicus homo ideſt diabolus impugnare, impedire, & perturbare conatus eſt: Nec ab re, quid enim magis odit omnium diſcordiarũ Auctor diabolus quàm omnium noſtrũ Cõcilia? Quid tam aduerſarium tamque regno ſuo infeſtum uidet quàm ſanctiſſimos hominũ Cœtus? in quibus ſpiritu ſancto moderante, & eorum qui adſunt, mentes illuſtrante errores aduerſus Orthodoxam fidem tolluntur, deperditi mores reformantur, Et omnibus demum malis medicina adhibetur. Quæ omnia ille omnium bonorũ, oſor, euertere conatur.

Hanc itaque Sathanæ aduerſus Eccleſiaſticã perſecutionem uos Eccleſiæ lumina, atque columnæ, manibus ut dicitur, & pedibus repellite: Veſtræ enim partes ſunt Chriſti uirtute,

atque

atq; ope reluctantem diabolum expellere, ac, Chriſti Spiritu ipſum oppugnare, ut uictoriam minime dubiam reportetis Et ueritatem ipſam quam Sathanas diu celare conatus eſt, uos e medio ducentes ſuper cādelabrum collocetis, ut luceat omnibus & ſingulis uere fidelibus qui in Eccleſia Chriſti Domo ſunt.

Vt uero hoc ipſum facere poſſitis, præſto erit uobis ſpiritus Dei, Si totos uos illi commiſeritis, ſi omnem ſolicitudinem ueſtram in eū proieceritis, ipſi enim Deo curæ uos eſtis, docebit profecto uos omnem ueritatem, nō eritis uos qui loquemini, ſed Spiritus patris ueſtri qui quod, oportet loquetur in uobis.

Eſt enim quæ ſunt fidei apud uos decernendi poteſtas, Nec minor eſt in uobis patres authoritas quam ſemper in maioribus fuit, Non minor inquam, quam fuerit apoſtolis hieroſolymæ congregatis de legalium obſeruatione decernentibus, Non minus deteſtabiles errores nunc ſunt, quàm tunc extiterint, nō minus igitur Eccleſia in præſenti opera ueſtra indiget, quàm unquā alias. Quin immo longe maiori cura, & diligentia utendum uobis eſt, quo hæreſis ipſa latius ſe diffudit, quàm quæuis alia nō modo foris, ſed intus latet hic morbus, & hæret in medullis. Pro quo tollendo neceſſe eſt patres, ut omni ambitione, omni arrogantia, & humano affectu depoſito, non abundetis in ueſtro ſenſu, quem præcipue ſanctarum ſcripturarum authoritas arguet, atq; conuincet, ſed tantum pia mente & Sancto deſiderio Eccleſiæ patribus conſentientes, qui diuinorum rationes nobis aperuerunt, tantum matri ueſtræ Eccleſiæ prodeſſe ſtudeatis, ut a tantis cogitationibus quibus noſtra hac tempeſtate agitata eſt, conquieſcat aliquando. Vt inter cogitandum, loquendum, & agendum idem omnes intelligamus, idem ſentiamus, idem ſapiamus & non ſint repiri amplius in aliquo ſchiſmata, donec illuceſcat dies in qua exultemus & letemur in ea.

Tu igitur Reuerendiſſ. ac Illuſtriſſ. Legate. Sanctiſſimi Domini noſtri Iulij 3. Pontificis maximi cui Eccleſiæ ſalus, & dignitas, omni dignitate prior, & ſingulis commoditatibus intimior ſemper extitit, cuius cordi nullum unquam maius inceſſit deſideriū, quàm ſacro ſancti huius œcumenici concilij rite, & recte abſoluendi, & Eccleſiæ reformandæ. Tu inquam eius authoritate fretus, & tua tibi a ſummo Deo uirtute indita ſuffultus, exurge, Diuina accingere fortitudine, & quaſi Alterum Moſen, a Deo electum te puta, cui in ſinu geſtandi ſint eccleſiæ filij. Vos ſanctiſſimi patres, ſpiritualibus armis muniti, indefeſſis uiribus pugnate primum aduerſus dæmonē, aduerſus mundi Rhetores tenebrarum harum, aduerſus hoſtes, & impietatis prælia domini Inde omnibus neruis contendite peſtiferum hoc uenenū extirpare, & letale hoc ulcus curare, ne totum Chriſti corpus putreſcat, & pereat. Nullis laboribus parcite, ut tam multi, qui a ſimplicitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu ālienati, & deteriores facti, a tenebris ad lucem, ab errore ad ueritatem, a Babilone ad ſanctam Hieruſalem ideſt ad Caſtiſſimam Religionem reducantur Vt Chriſto reconciliati, Eccleſiam quam antea laniare ſtuduerunt, reuereantur, & piam matrem agnoſcant. Cuius uos filij præcones & Tubæ, quaſi Tuba exaltate uocem ueſtram, & ad ouem in deſerto errantem ad prodigum filium in longinquam regionem abeuntem, & de ſiliquis ueſci cupientem, indefeſſis faucibus clamate ad ipſum, apertis ulnis currite, & unanimes ipſum ſic uocate. Audi fili mi diſciplinam patris tu, nec dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Neq; conſternari animo uelitis tot tantisq; temporum calamitatibus circumuenti & ſi non omnes ſanctæ matris filij uobiſcū ſint, immo tanquam ſtrenui Chriſti milites in tam atroci bello fortiter dimicantes exiſtimetis hoc pacto oblatam eſſe uobis occaſionē declarandæ uirtutis ueſtræ & perhennis gloriæ conſequendæ, non enim eſt Deo difficile in paucis ſaluare. qui de ſe præſumentes humiliat & puſillum paruumq; gregem de ore eripit potentum, in eo qui ſperat non confundetur. Ne ergo terreamini uiri fratres eſt nobiſcum ſanctum Eccleſiæ caput. Iulius ſanctiſſimus Pontifex maximus, quippe qui omnia poteſt in eo qui nos confortat, qui nihil facere renuet pro tam ſalutari hoc negocio abſoluendo, nullus ſugiet labores ubi nouerit operam ſuam nobis profuturam. Agite itaq; ſanctiſſimi patres pro animarum conſolatione & ſalute inferum ruere pulchrum, immo & mori dulce, & decorum omnes exiſtimemus, Videtis omnium fidelium curam, & negocium in ueſtris manibus poſitū, omnium pax a uobis pendet. Date operam, ut quemadmodum corporibus conueniſtis ita mentibus, atq; animis conueniatis: omnes dignum aliquid tanto Concilio a uobis expectant, non fraudentur ſua ſpe, atq; expectatione fideles: ſed plura quam ſperant aſſequantur, Vnde gaudeāt & lætentur. Omnes orant, ut Eccleſiæ conſulatis: Non petunt terrena,

rena, non mundi huius bona, non quæ corporis ſunt ornamenta: ſed religionis reformationem, Vt inutilia, & quæ parum ædificant, ſed deſtruunt potius reiecentur, atque eorum loco fructuoſa, & quæ Deo grata ſunt reſtituantur. Qua re perfecta omnes Deum laudent, & unanimes uenerentur. Exaudiet profecto Deus illos pro uobis orantes, cum ſecundum eius uoluntatem petant. Nolite itaque a tam pio opere incœpto deſiſtere, ſed fide, ac ſpe roborati non hæſitemus diffidentia: ſcientes quicquid Deus promiſit potens eſt & facere. Eius enim promiſsio eſt, Vbi ſunt duo, uel tres congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum. Vbi Chriſtus eſt, ibi nec timoris ſuſpitio aliqua eſſe debet. Ceſſabunt præſente illo uenti, mare & tempeſtas & obmuteſcent. Iubete illo erunt omnia tranquilla.

Tunc æquatis tandem, ac pacatis omnibus uos in tutiorem portum reducet, Tunc uotorum facti compotes, tot ſuſceptorum laborum, tot perpeſſorum incommodorum extra lares proprios recordatione lætabimini, tunc tot difficultates ſuperaſſe, Tot discrimina pertuliſſe, tot naufragia, & pericula ſubiiſſe pro Dei amore, pro fidei defenſione, pro uera Chriſtiani nominis profeſsione, pro ſacro ſanctæ catholicæ Eccleſiæ matris ueſtræ gloria, & incremento gaudebitis. Tunc erunt praua, indirecta, & aſpera in uias planas, tunc uidebit omnis caro ſalutare Dei Noſtri. Cui ſoli honor & gloria. Dixi.

ORATIO APVD ILLVSTRISSIMVM CARDINALEM Creſcentium in Concilio Tridentino Legatum plena Epiſcoporum concione, habita per Reuerendum donum Paulum paſſotam Sacræ Theologiæ profeſſorem.

CVPEREM (Patres conſcripti) me huiuſmodi apud uos orationem habere, quæ & mihi dicenti beneuolentiã, uobis audientibus ſpem, & lætitiam cõciliaret. Cum multos per annos œcumenicum hoc tridenti concilium (eo quia diuerſi diuerſa ſentirent) ad ſuum ſcopum proueheri, ne dum promoueri perduciq́ poterat, fortaſſe quiſpiam apud uos, nec per ſe concipere, nec ullã ab alijs ſpem mutuari poteſt, ut aliquandó (ut eſt totius chriſtianæ reipublicæ uotum) in ſuum finẽ tempeſtiue prouehatur. Sed ſi ad ſuppremi artificis ordinem, cuncta ſub numero, pondere, & menſura dimetientis reſpexerimus. Ad optatum prouentum, propriumq́ ſignum prope diem emerſurum. (Et quod non poterit aliter contingere) facile demonſtrabitur. Ita ſingulorum uniuerſorumq́ partes concinne coaptauit, numeriſq́ quibuſdam ſibi ipſas concordes, conſonaſq́ reddidit, ut futurum diſsidium inter has nunquã uereri poſsimus & licet in huiuſmodi demonſtratione plura contingant, tamen pro mea penuria & tenuitate in gazophilaciũ Domini aliquid mittere conabor. Ipſe etenim qui hanc mundi machinam fabricatus eſt ab eo ipſo uniuerſi primordio, numerum binarium utraq; primitate primum, creationum conſecrauit. Ex duobus inquam principijs mũdi originem conſtituens, cœlo primam generationis prærogatiuam, terræ uero ſecundã tribuit. Vti Moſes principio Deum cœlum & terrã feciſſe inſinuans, quęq; mediam horum regionẽ explent comprehenſim ſignificauit. Quemadmodum uerum eſt, quæcunq; hoc mundi ſtadio continentur Summi Pontificis, & Cæſaris poteſtati ſubiecta eſſe non ambigimus. Nõ tantum a cœli, & terræ fabricatione numeri dualis incœpit conſecratio, uerumetiam nec ſatis ſuperq́ fuerat, Deum optimum, maximũ Adam feciſſe, niſi adiutorium ſimile ſibi condonaret. Vnitas in ſua quidem natura ſterilis eſt, cum non ſit numerus nec fœcunditatem in ſe recipiat. Indiuidui ſpecies nec producere, nec conſeruare poterat. Humani igitur generis propagationem a duobus opportuit emanare. Hinc relationum nexus, nam ſi pater eſt. Filius eſt. Si dominus ſeruus eſt, alterum ſine altero rerum natura nõ patitur. A numero inde binario relationum ratio proficiſcitur, mũdus expletur, natura ipſa perficitur. Aeque inter quærentes an res ſit? & quid ſit? numerus binarius cunctas abſoluit q̃ſtiones habitus quia eſt, & propter quid eſt, fecit quoq; deus duo luminaria, Vnum diei, alterum nocti præſidens. Ex duobus uidelicet corpore, & anima hominem fingens, oculis, auribúſque duabus, Brachio, femoreq́ duplici decorauit. Duo alterũ in Deum, alterum in proximum ſanciuit mandata. Vnde tota lex pendet & prophetæ. Duas Moſi tabulas digito ſuo protulit ſcriptas, Duo condidit teſtamenta, Duosq́ ſibi aſciuit populos Proh dei fidem quid alius eſt? ſi in hoc numero duali admirabile ſacramentum abditũ non eſt? Vide dominum inter duo animalia uagientẽ, inter duos latrones in cruce pendentem, Inter duos diſcipulos in Emmaum euntes ſcripturam interpretãtem, Duas claues tradidit Petro, eiuſdem petri manibus duo effulſere gladij quos pro Chriſti defenſione ſe habere profeſſus eſt. Ad cœlos demum unde uenerat reuertenti duo ſibi aſtitere uiri. Et hęc omnia conſequentiæ gratia, ſunt ſecuta cum duarum partium diſparium Diuinæ naturæ ſcilicet, & humanæ una hypoſtaſi in ſe ipſo ſupra hominis captum operatus eſſet admirabilem iuncturam. Ex hoc inquam patres conſcripti, numerorum utraq; primitate primo, & ſacrorum ſacerrimo, mei proloquij argumentum ſum auſpicatus, Si apud nos ipſos intelligentiam noſtram expendamus, non caſu, non fortuna, at potius neceſſario Dei omnipotẽtis diſpoſitione duos principes ſupremos, uidelicet Pontificem maximum, & Cæſarem ſuppreme imperantem, ſibi mundus elegit. A quibus diuina & humana proficiſcerẽtur & ad eoſdem redirent. Id Chriſtum ſatis ratum habuiſſe intelleximus. Cum quæ Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo, reddenda eſſe (Iudæis efflagitantibus utrum Cæſari pendendus eſſet cenſus?) declarauit. Hi mundo imperãt, regibus, principibus & populis decreta ſtatuunt, ſuperbos domãt. Humiles erigunt, nutantes in Eccleſia, & dubios in fide corroborant. Et niſi ſibi ipſi cohæreant, concordent, conſonẽntque quæ media ſunt inter fines iſtorũ omnino in deterius caderent, ne dũ conſiſteret non poſſent. Niſi cœlum generationi faueret, Terra non produce-

ret ſub ſpecies correſpondentes generi. Diebus Heliæ clauſum eſt cœlum annis tribus, & menſibus ſex, & fames perualuit maxima ubiq; gentium, eo quia cœlum terræ inſenſum nec rorē nec pluuiam dabat. Væ uæ nobis inquam patres conſcripti, uel hoc maxime tempore, niſi principes iſti in Eccleſia uigerens ſeq; mutuo reſpicerent Pontifex uidelicet Beatiſsimus, qui Deum pro eius eccleſia ſuis præcibus, indeſinēter interpellat, & imperator inuictiſsimus, qui eandem fouet, armisq; ualidiſsime inſtans prę ſensq; tuetur. Quæcunq; hoc ſub cœlo patent peſſundarent, & in præceps abirent. Cum aliquando inter hos efferbuit diſsidium, undiq; ortæ calamitates, undiq; effuſæ ſunt tenebræ, fidei ſplendor hæreticorum nube ſuffuſus, minime potuit ad priſtinum ſuum reuocari candorem. Caueant qui Chriſtum induunt. Caueant eius diſſindere ueſtem eſt enim eccleſia tunica Chriſti inconſutilis, ex integro texta, a militibus conſeruata indiſſiſa ita perpetuo cōſeruanda, ſi ſumus Pōtifex, & imperator idem uelint, idemq; ſapiant ſe ipſi ſeruabunt, & quæ intra ipſos ſunt multo melius conſeruabūtur, Iſti ſunt duo cherubin quos pręcepit dominus Moſi, ut aureos, & productiles faceret utraq; parte oraculi, ut cherubin unus eſſet in latere uno, alter in altero, utrunq; latus propitiatorij tegentes, expandentes alas, & operientes oraculum, reſpicerentq; ſe mutuo uerſis uultibus in propitiatorium, id eſt in Chriſti eccleſiam militantem, ab ipſis fouendam, gubernādam, & tuendam. Ab eiſdem ipſis concordibus cunctæ res pacis, & belli fœliciter adminiſtrabūt, prçſto ſcilicet futuro alterutro quocunq; uſus uocauerit. Tandem his ultimam manum imponam inq; mei ſermonis ſcopum intuendo non progrediar in infinitum. Iſti quidem ſunt, quos ſibi mundus elegit, ut Chriſtianæ reipublicæ preficerētur ſcilicet Carolus quintus per multos annos ſumme imperans, & Iulius tertius hos paucos ante dies digniſsime ad ſanctiſsimi Petri apicē aſſumptus, qui ueluti eiuſdem duo beatiſsimi Petri gladij adusq; noſtra tēpora ſeruati, Chriſti ſeruatoris noſtri, & Eccleſiæ eius honorem protegerent, augerentq;. Et ſunt duæ columnæ in porticu Salomonis erectæ, & duæ oliuæ, duoq; candelabra in cōſpectu domini terrę ſtantes. Et ſi quis uoluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum. Et ſi quis uoluerit eos ledere, ſic oportet eum occidi, hi habent poteſtatem claudendi cœlum ne pluat, & poteſtatem habent ſuper aquas cōuertendi eas in ſanguinem, Et percutere terram omni plaga quotienſcunq; uoluerint. Hi ita in Deū, & eius Eccleſiam, ſunt amoris uinculo conſtricti, ut eadem cupiant, eademq; ſentiant, quapropter quodcunq; fuerit ſibi placitum, optime ut ne quid nimis, exactiſsime & dicto citius explebunt. Vel iſtis maxime temporibus, hoc unū exoptant. Huic uni omnem curam, omnē operam omnemq; actionem impendunt, tanquā ſagittarij ſignum intuentes, (ut cunctis eſt meridiana luce clarius,) manibus, pedibusq; in hanc ſententiam eunt, qua ſanctiſsimo hoc tridenti concilio, ſuum decorum aſſequi, aſtringere, fideiq; priſtinum ſplendorem ſibi uendicare contingat. Et quoniam hoc (ut pluribus præmonſtratū eſt rationibus) eſt munus duorum ſibi inuicem correſpondentium. Totis uiribus ſunt a nobis orādi duo ſanctiſsimi principes terræ, Cœlorum clauiger Petrus, lectionis, electionisq; uas, & doctor gētium Paulus, quorum ſolemnia hodie preuenimus. Vt quēadmodum eorum ſignis, & doctrina, toto orbe terrarum Chriſti fides reſplenduit & Roma quæ erat mater erroris, facta eſt magiſtra ueritatis. Ita ſuis precibus, & meritis a domino noſtro Ieſu Chriſto exorare uelint, ut hanc ſuæ Eccleſiæ cauſam (quæ eadem eſt totius Chriſtianæ reipublicæ cauſa) prouehere dignetur, & finire, perpetuisq; temporibus hæreticorum ora ignito obſtruere calculo. De quorum principum uita, meritis, & mutua uiuentium ęque morientium dilectione, ſatis ſuperq; per quam Reuerendus Voxmedianus Doctor hiſpanus, ueſtras mētes, auresq; beneuolas Craſtina die lepida, rara, candidaq; doctrina permulcebit. Nos uero (ut ueſtrum eſt omnium una ſententia) eoſdem Beatiſsimos mundi patronos, & lampades quantum poſſumus pijs mentibus ueneremur, ut quibus mors initium uiuēdi facta eſt ita ſit nobis uitæ nouitatis exemplo.

h

ORATIO DE CIRCVNCISIONE Domini habita in Cōcilio Oecumenico Tridentino Anno Domini.1552.p F.Euerhardū Billicum Co-loniēſem Theologū Fra-trū Carmelitarū in-ferioris Germaniȩ Prouincialē.

NISI exiſtimarem Reuerē-
diſſimi Illuſtriſſimi am-
pliſſimiq́ Patres & Domi-
ni Sanctæ Sedis Apoſto-
licæ Legate Præſides Prin
cipes Electores, Eccleſia-
rū Chriſti Antiſtites Ora-
tores, uoſq; auditores beneuoli, omni cū eru-
ditionis tum uirtutum genere præſtātiſſimi:
Niſi inquam exiſtimarē perſuaſum uobis iam
eſſe, me non temere aut ultro hūc dicendi lo-
cum occupaſſe, ſed illorum potius iuſſu atq;
imperio quibus refragari nō licet, eaq; de cau
ſa, ſi non expectationi ueſtræ ſatisfacio, ſi nō
pro ampliſſimi huius conſeſſus dignitate aut
rerum dicendarum maieſtate, fuero munus
iſtud exequutus, uos facilem daturos ueniā,
benigneq; & humaniter quodcunq; acciderit
laturos, nullus profecto mihi nūc adeſſet ani-
mus, nullaq; proſequendi muneris cæpti fidu
cia, Præſertim cum non ignorem, & quanti Sa
croſanctum hunc cœtum ueſtrum eorū ni-
mirum, quos Deus, qui omnia prudentiſſime
ſed præcipue Eccleſiam ſuam moderatur &
gubernat, eidem regendæ, præfecit & Apoſto
lis potestate æquauit, lucemq; inſuper huius
mundi & terræ ſalem non dubitauit appella-
re, tantillus ego facere atq; æſtimare debeā,
& quod illa ſit rerum (quas hodie nobis Ec-
cleſia recolendas atq; adorandas proponit)
magnitudo, quæ ab ingenio humano nō ca-
piatur, illa profunditas, quæ inueſtigari niſi
Spirituſancto docente nequeat, illa ſublimi-
tas, quæ cœlum attingat, illa deniq; inperſcru-
tabilis ſubtilitas, quæ non Philoſophiæ mo-
do naturalis fugiat indaginem, uerumetiam
a Spiritalibus huius aeris nequitijs nequeat de
prehendi. Quanuis in oculis huius carnis &
cogitatione eorū qui terrena ſapiunt, res eæ-
dem tales ac tantæ non appareant, ſed paruæ
potius, humiles, ignobiles ac contemptæ. Si-
quidem proponitur nobis paruulus dierum
octo, infans, imbecillis, natus in humili tugu-
rio, pannis inuolutus, in animalium præſepio
cubans, hodie ritu iudaico circūciſus. In quo
mortalis oculus, quid ſuſpicaretur arcani, di-
uini aut admiratione dignum contineri? Pra
ctabant enim paruulum hunc manibus ſuis,
eius circunciſores, perinde atq; paruulos alios
cultro petrino reſecabant præputiolum, ſan-
guinem profluentem abſtergebāt, manu me-
dica curabant uulnus, nec uidebant quicquā
præterea accidere, unde in cogitationem de
eo altiorem adducerentur. Quanquā reuera
erant omnia hæc diuinis iiſdemq; incompre-
henſibilibus myſterijs plena, ac digna quȩ mi
rarentur cœlū, terra, & omnis creatura, quȩq;
attonitos redderent, non homines modo, ue
rumetiam ſublimes illos beatorum ſpirituū
choros Angelos Archangelos, Cherubin &
Seraphim.

Quis enim uel hominum uel angelorū nō 2. Para. 6
uehementer admiraretur quod tantus ille, im Luc. 2.
menſus & æternus rerum omnium fabrica-
tor, quem neq; ingens huius orbis machina,
neq; ſpatioſiſſima illa cœli uolumina capere
ſufficiunt, exiguo corpuſculo ſe totum inclu-
ſit? Quis non obſtupeſcat, quod qui hominē
mortalem formauerat uoluit tandem & ipſe
fieri homo, communemq; cum factura ſua
ſubire uitæ ſocietatem? Quod humilis de pa- pſal 96.
rente naſcitur humili cuius maieſtatem An- Heb. 1.
geli adorant, pertimeſcunt inferi? Quod pau- 4 Reg. 6.
per & uelut rerum omnium indigus uenit in
hanc lucē, qui ſolus eſt diues. cuius ſunt mu-
nera quicquid uſpiā habere uidemur? Quod Eſa. 4.
ille cui obſequitur, cui ſeruat excubias uniuer
ſa cœli militia, diuerſorio excluſus, naſcitur
inter armenta, in ſtabulo ſordido, & nō in cō-
ſpicuo aliquo thoro, regio cultu fulgente?
Quod pannis uilibus inuoluitur & ligatur, il- pſal. 18.
le fortis, ille robuſtus gigas, qui Diabolū mun Coloſſ. 2
di tyrannum, omneſq; aereas poteſtates uene Eſa 66.
rat expugnare? Quod ille cui cœlū uice thro- Daniel. 7.
ni eſt, cuius ſcabellum eſt terra, quem regnare Luc 1.
in domo Iacob & in ſolio Dauid ſedere opor- pſal. 131.
tuit, iacet in præſepio animalium? Et ubi hic
eſt cernere Prophetarum illa de Chriſto uati-
cinia? Et quod ita demum (ne quid ad cumu
lum miſeriarum deeſſet) circunciditur, muti-
latur in carne tenella, & ſanguinem fundit in-
noxium, quaſi peccator ſit & immundus, qui
ueniebat tollere peccata mundi, qui de ſpiri-
tuſancto conceptus & natus erat, nullius in-
quinamenti uel reus uel capax? Quorum pro- Ioan. 1.
fecto nihil fortuito caſu aut fato aliquo acci- Luc. 1.
diſſe, ſed Dei ſolius prouidentia infallibili ne-
mo niſi qui omnis religionis prorſus ſit exps,
non fateatur. Deus enim qui prouidentia ſua Sapien 6.
admirabili gubernat omnia, ſine quo nec ca Matt. 10.
pillus de capite, nec folium cadit ab arbore,

pſal. 120. cuſtos Iſraelis qui non dormitat nec dormita
bit, cum in cunctis operibus ſuis uigilantiſſi-
mus ſit & ſapientiſſimus in incarnationis Chri
ſti filij ſui opere, uiſus eſt reconditos illos ſapi
entię & bonitatis ſuæ theſauros ſemel omnes
effudiſſe, omnes mundo oſtendiſſe. Nuſquam
enim maior apparuit eius bonitas, nuſquam
tam admirabilis eius ſapientia. Quod dum ta
citus mecum reuoluo ac contemplor, mens
admiratione liquitur, ſtupet ac riget, ut non
iniuria munus ſuſceptum, Patres Reuerendiſ-
ſimi, exhorreſcam. Quis enim confidat conſi
Rom. 11. lium Dei et rerum iſtarum arcana, ſuo aſſeq;
Eſa. 40. ingenio, ſuiſq; ea uerbis explicare.

Quapropter auxilio non qualicunque ſed
diuini numinis afflatu mihi opus eſſe pro
be intelligens, illum ipſum cenſui adeundum
Puerum, quem circunciſionem in carne ſua
ſacroſancta pertuliſſe, miramur. & illam in
quam nemo fruſtra ſuſpexerit tantorum my-
ſteriorum parentem, quæ omnia hæc diuini-
tus edocta erat, quæque ut eadem & nobis
aperiantur, poteſt ab ipſo quem genuit, lacta
uit & fouit, impetrare, conſulendam. Quam
idcirco conſilium eſt non humanis ſed ange-
Luc. 1. licis ſalutare atq; interpellare uerbis, Ad illam
ſiquidem, ut meminimus, ſalutationem, &
Spiritus ſanctus de cœlo lapſus, uirginē hanc
complexus eſt numineq; ſuo obūbrauit atq;
impleuit, & uerbum illud æterni Patris in eiuſ
dem (ibi ut incarnaretur) ſe demiſit uterum.
Si fuit autem tanta ſalutationis illius uis, quid
ni ſperemus & nos. Spiritus illius & uerbi diui
ni ſaltem igniculū ac ſenſum aliquem (uoce
prolata) in corda menteſq; noſtras illapſum
iri? Hoc igitur dum ago Patres Reuerendiſſi-
mi, uos me uoce præeuntem, mente ſequi, ta-
citeq; mecum precari ac dicere ne grauemini.

Circunciſe puer nobis myſteria pande.
Cur fluat innocui ſanguinis unda tibi,
Et cur nō meritā tua dent præputia pœnā,
Si tamen hanc ratio cur paterere fuit,
Tu quoq; conſilij cœleſtis conſcia uirgo.
Quæ puerū hūc ſalua uirginitate paris,
Quā docuit ſenſus arcanos miſſus ab alto
Angelus, at potius ſpiritus, ipſe ſacer,
Spiritus ille tuo ſacro qui pignore uentrem
Numine fœcundum reddidit ipſe ſuo,
Tu cauſas inquā memora, te diua p̄camur
Cur circuncidi debuit iſte puer,
Adſis & āgelicas clemēs priꝰ accipe laudes,
Virgo ſalutiferi plena fauoris aue,
Eſt Dn̄s tecū, ſup omne genus benedicta
Fœmineū, partu cū pia uirgo tuo. Amē,
Nunc de adfuturo mihi eius fauore qui nup

natus, paſtoribus apparuit, & hodie circunci-
ſus, redemptionis humanæ arcam quandam
nobis exhibuit, potenſq; eſt & ſenſum atq; in-
telligentiam myſteriorum inſpirare, & uerba
qbus explicentur ſuggerere, bono animo con
fiſus, tractationem ſed religioſam, eorum quę
in Euangelio recitata ſunt auſim tentare.

Complectitur autem Euāgeliū uerbis bre-
uiſſimis, res duas maximas, nō oſcitanter prę
tereundas. Quarum altera eſt Chriſti domini
noſtri in carne quam de ſemine Abraham aſ-
ſumpſit, iuxta legis præſcriptum circunciſio
Altera nominis eius germani & proprij diſer- Luc 2.
ta impoſitio, Nominis, inquam, non hominū
induſtria iuxta menſuram atque æſtimatio-
nem naturæ apparentis in carne inuenti ac di Eſa. 62.
ctati. Sed quod ante ſecula os domini nomi- Luc. 4.
nauit quod Angelus priuſquam conciperetur
nunciauit, quod non carnalis naturæ uires,
ſed potentiam ſignificaret diuinitatis, legatio
nemq; illam uobis exponeret cuius gratia fi-
lius ille Dei altiſſimi, de ſinu patris deſcendiſ-
ſet in hunc orbem. Vocatus eſt enim Ieſus, id Matth. 1.
eſt Saluator, quoniā ad hoc miſſus erat a Pa-
tre & generat ut ſaluum faceret populum ſuū
a peccatis eorum.

Quemadmodum autem non crepundia
puerilia erant aut ocioſa ſpectacula, quæ pri-
mo natiuitatis ſuæ die Chriſtus mūdo oſten
tauit, ita & de circunciſione ac nomendatu-
ra diuiniſſima nobis exiſtimādum eſt. Quin-
etiam, ſi ortus eius initia illa fuiſſent ab om-
ni myſterio remota, ſi nihil intra ſe continuiſ-
ſent arcani, non poterat tamē ocioſa eſſe, eius
iuxta legem circunciſio cruenta aut nominis
angelico monitu facta impoſitio. Iam uero
tanta in crepundijs illis latuit diuini conſilij
prudentia, tanta in obſcura nocte claritatis di
uinæ lux, tanta in apparatu humili ac cōtem-
pto rerum maieſtas, quantam ingenium hu-
manum neque intelligere ſatis neque admira
ri ſufficiat.

Nam quod formam hominis aſſumpſit, cū Philip. 2.
Deus eſſet, quare factum exiſtimabimus? Nū
quia ad eius Maieſtatem conferebat, aut prę-
ſtantius erat in ſpecie hominis quàm Dei, in
forma ſerui quàm domini, huic mundo appa
rere & innoteſcere? Quis demens ita cenſeat?
Verum ideo uoluit carnē aſſumere peccati, ut
eam a contagionis paternæ graui morbo ſa-
naret. Homo fieri, ut hominem qui per pecca Coloſſ. 1.
tum uiluerat, diuinitatis ſuę conſortio rurſus
nobilitaret, ſic enim Apoſtolorum princeps
ille ait, ut nos diuinæ conſortes faceret natu- 2. Pet. 1.
ræ. Apparere in forma ſerui, ut de ſeruis reges Coloſſ. 1.
faceret

ſaceret & in regnum nos trâſferet gloriæ ſuę.
Et quod de parente, ſecũdum ſeculũ illud,
humili natus eſt, quare committere Voluit?
Non erant præſtantes illuſtri loco poſitæ uir-
gines aut fœminæ de quibus naſceretur? aut
ſi tantus erat erga uirginem hanc amor, tan-
taq; gratia, non potuit eam prius magnificis
1. Cor. 1. exornare titulis aut potentiæ opumq; ſplen-
Luc. 1. dore illuſtrare? Potuit utiq; ſed infirma mun-
di elegit, uolens confundere fortia, ueniebat
enim potentes deponere de ſede & exaltare
humiles. Sic quod pauper uenit. Num defuiſ
2. Cor. 8. ſe ei opes putabimus? minime, Sed cum eſſet
Coloſſ. 1. diues, propter nos egenus factus eſt, ut nos lo
Luc. 1. cupletaret. Vt eius inopia nos diuites eſſe-
Eſai. 9. mus. In nocte uenit quia uoluit nos eripere de
poteſtate tenebrarum, uoluit illuminare tene
bras noſtras, ut populus gentium qui ambu-
labat in tenebris uideret, ſicut in Propheta di
citur. Lucem magnam & habitantibus in re-
gione umbræ mortis lux iſta orietur.
Quod autem in ſtabulo naſcitur in ſordi-
Luc. 2. bus inter armenta, ratione aſſignat Euangeli-
Prouer. 21 ſta, quia, inquit, nõ erat ei locus in diuerſorio.
Ergone in cuius manu ſunt corda filiorum
hominum officioſis alioqui erga fœminas
puerperas hominibus non potuit tantillum in
ſpirare ſenſus humani, puerperæ iſti ut ceſſiſ-
Baruch. 3 ſent hoſpitium? Potuit ſed quoniam nos que
rebat, atq; ad nos deſcendere uolebat, ibi cum
naſci oportuit ubi nos eramus. At ubinam era
mus? Num in ſtabulo aliquo, ut propterea
deſcenderit in ſtabulum? Etiam in ſtabulo ia
Gene. 2. cebamus animalium brutorũ Animales enim
rationis obſcurata luce, per peccatum facti, &
paradiſo uoluptatis, quę nobis pulcherrimũ
ac iucundiſſimum hoſpitium dabat excluſi,
atq; in hunc mundum eiecti, de mundo nihil
Pſal 48. feceramus præterq̃ ſtabulum animalium, Ho
mo enim cum in honore eſſet non intellexit,
comparatus eſt iumentis inſipientibus & ſi-
Pſal. 72. milis factus eſt illis. Hinc quidam ſanctorum
dicebat: Vt iumentum factus ſum apud te.
Quod ipſum uolens ille quando uenit in hũc
mundum ſignificare, in ſtabulum animalium
deſcendit, fœtores & ſtercora noſtra non ex-
horreſcens, ut in animalium ſuorum medio
Abac. 3. agnoſceretur. Quin ſupereſt & alia ratio qua
re in ſtabulum deſcenderit. Nempe uoluit an-
te ſe paſtor bonus minare gregem ſuum, & ad
paſcua meliora adducere. Quomodo enim
alias impleretur quod prædixit de eo Spiritus
Eſai. 11. ſanctus per Prophetã. Habitabit lupus cum
agno, & pardus cum hædo accubabit, uitulus
& leo & ouis ſimul morabuntur, & puer par-
uulus minabit eos.
Quale uero eſt quod iacet in præſepio? Io-
ſeph ille cui commendatus erat, & qui pater Math. 1.
eius eſſe credebatur, non tantillum contulit in Luc. 3.
paruulum hunc impendij, ut comparaſſet ei
ſaltẽ cunas? Nihil profecto nihil fideliſſimus
ille IESV paruuli nutritius eorum, quæ ad
alumni ſui educationem pertinebant neglexit
quia ſolliciti patris familias munia omnia dili Luc. 2.
genti ſedulitate obibat, Sed hæc fuit Chriſto
deſtinata uoluntas, uoluit eſſe animaliũ ſuo-
rum cibus, eaq; de cauſa in præſepium, unde
pabulũ animalia ſumunt, reponi. Caro enim
eius alijs ſtipulas ſapit & fœnum, alijs paleas,
alijs nauſeam citat, alijs ſolidus eſt cibus, alijs
adeps frumenti, alijs panis Angelorũ Sumunt
enim & boni & mali, ſorte tamen inæquali ui
tæ uel interitus. Si bruti ſumus, nec rationem
ſequimur uitæ ducem, aut ſi delectat nos in
ignorantia Dei permanere & aſini ſumus, non
dijudicãtes corpus Domini, quid aliud quam 1. Cor. 11.
ſtipulas ſapiat & fœnum? Si leones ſumus tru
culenti & immites, aut boues terræ huius cul-
tores, quid ſapiat aliud quam paleas? ſic enim
ſcriptum eſt: Leo & bos commedent paleas, Eſaie. 65.
Si erramus cum Iudeis in ſolitudine dicimus:
Nauſeat aĩa noſtra ſup cibo iſto leuiſſimo. Si Num. 21.
paruuli ſumus in Chriſto, lac noſtrum & mel 1. Cor. 3.
noſtrũ eſt. Si adoleſcimus ſolidus eſt cibus & Heb. 5.
frumẽtũ & adeps frumenti. Si uero pfecti iam Pſal. 77.
ſumus, panis eſt angelorum habens omne de Sap. 16.
lectamentum & omnem ſaporem ſuauitatis.
Adeo omnium animalium ſuorum generi at-
temperatus eſt hic cibus, & pro cuiuſq; palato
unicuiq; ſapit. Quæ ratio eſt, quare iaceat in
præſepio tanquam in pabulũ expoſitus. Iam
quod ligatur faſcijs & pannis inuoluitur, pote
rat forſan alicui uideri ideo factum fuiſſe, ne
tenelli artus pueri diſtorquerentur, Sic enim
ſolent paruuli uinciri & faſcijs illigari, donec
eis articuli firmentur & robur acquirant. Sed Pſal. 18.
quid Chriſto cum faſcijs & ligaminibus iſtis,
qui exultauit ut gygas ad currendam uiam,
cuius egreſſus a ſummo cœlo fuit? Verum hi
panni, legis ſunt uolumina in quibus latuit,
tanquam panniculis uelatus atq; obductus.
Quæ factum eſt, ut ſcribæ & legis periti iudeo Ioã. 7. 8. 9
rum, multa quidem de Chriſto, quem in lege
contineri ſciebant, docere potuerint, non au-
tem agnoſcere, quoniam inuolutus illic late- 2. Cor. 3.
bat, & manet ante oculos eorum uelamen. 2. Cor. 4.
Vſque in hodiernum, atque hoc eſt quod ille Act 1.
dicit: Opertum eſt eis Euangelium, Nobis au 1. Timo. 3.
tem, quibus præbuit ſe ipſum uiuum, quibus Luc. 24.
manifeſtatus eſt in carne, quibus membranas

illas ut intelligerem' ſcripturas aperuit atque explicuit, totus iam patet, totus apertus & manifeſtus eſt.

Adeo ſub uelamento rerum humanarum latuere conſilij diuini arcana, Adeo iam tum ab ipſis incunabulis puer paruulus figuris & enigmatibus iſtiuſcemodi, pſtantiſſimo quodam docendi modo, nos erudiens, cathedrã tenet Magiſtri docentis, quandoquidem ipſe eſt unicus ille magiſter noſter, legifer noſter, Rex noſter & ſicut nomen eius ſonat. Saluator noſter. *Eſa. 33.*

Hæc ſunt ſtabuli tui, præſepij tui, Pannorũ tuorũ, O puer admirabilis magnalia, ab oculis carnalibus abſcondita, Talibus ludis, talibus ſpectaculis, talibus crepundijs, exornantur tibi crinæ pueriles. Hæc ſunt magiſterij tui ad circuncíſionem altioris magiſterij ſacramentum erudita præludia, hæc ſunt ortus tui nocturna, ſed ſupra ſolem radiantia ſpectacula Teſtibus ſyderibus, teſtibus angelis, teſtibus paſtoribus, teſtibus animalibus, in ſtabulo ueluti in magno quopiam ac undique patente theatro edita. Et uere magnũ theatrum quod omnibus hominibus patet, quod innumerabiles admittit ſpectatores, in quod oculos ſuos conijciunt, quotquot Dñm Ieſum querunt. Ecquod aliud theatrum ſpectatoribus ſuis tam iucunda, tam læta, tam plauſu atque admiratiõe digna exhibeat ſpectacula? Quæ ſchola, quæ Academia, quod Gymnaſium, tam docta proponat auditoribus ſuis ænigmata? Qualis autem futura erat eius circũciſio, cuius fuit tam admirabilis natiuitas? Si hæc in nocte quid in die? Si tanta nobis die primo donata ſunt, die octaua, qui myſterijs deputatur, quid putatis expectabimus? Magna profecto neceſſe eſt ut ſint, quibus commendandis tantus myſteriorũ apparatus eſt præmiſſus. Agite igitur Patres huc huc repurgatæ mentis oculos, animumq; aduertite, Nam qui mundo ſunt corde Deum uidebũt, Obſeruemus & quantum fas eſt conſilia ſcrutemur Dei, ſi forte pulſantibus aperire & querentibus arcani quippiã dignabit ille aperire. *Luc. 2.* *Matt. 5.* *Luc. 11.*

Audiuimus puerum tot miraculis clarum hodie, hoc eſt, octauo natiuitatis ſuæ die, circuncíſum, & carnis quidem præputium hominibus ſecantibus poſuiſſe, nomen uero accepiſſe diuinitus impoſitum. Hic Chriſtianæ Philoſophiæ ſtudioſorum hominum eſt, imprimis inueſtigare quidnam ſibi uelit tam accurata iſta temporis adnotatio. Neque enim putandum eſt ſine cauſa factum ut circuncíſionis deſtinaret in lege nõ qlibet dies ſed octauus, *Luc. 2.*

Qua in re animaduertat quiſquis eſt myſteriorum diuinorum contemplator. Septé diebus uniuerſum huius ſeculi tempus continetur. Nemo eſt enim qui ſeptenis plures aut pauciores numeret dies, & non eoſdem iterum atque iterum recurrentes, ducat in orbem ſeu circulum quendam perpetuum atque infinitum. Erit igitur dies extra hos ſepté, octauus, tempus aliud & ſeculum nouum, illud nimirum quod Eſaias præſagijt futurũ. Prope eſt ut ueniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur, miſerebit Dominus Iacob & Iſrael ſaluabitur. Dies ſeptem carnalis ſunt præputij quibus conuerſati ſumus in deſiderijs carnis. Dies octauus, dies eſt ille redemptiõis ſanctus, in quo ſignati ſumus, tempus eſt regenerationis & reconciliationis, quo adoptamur in filios Dei ut clamemus Abba pater & ſignentur nomina noſtra in libro uitę quos antea Deus ignorabat. Sed ut Iudæis, inquiet, forte quiſpiam, fuerit dies octauus myſticus, nihilne hic datur gentibus? an Iudæorũ Deus tantum & non etiam gentium? Datur utique & gentibus is qui eſt expectatio gentium. *Eſa 14.* *Epheſ. 4.* *Gal 4.* *Rom. 3.* *Gen. 49.*

Verum aliter Iudæis aliter gentibus. Nam cum haberent gentes multorum annorũ præputia longa, & diu in incredulitate & deſiderijs carnis fuiſſent conuerſati, nõ eis poſt tranſactam hebdomadam dierum in capite hebdomadæ nouæ ſicut Iudæis, ſed poſt peracta multorum annorum ſecula, in capite anni noui imo noui ſeculi datur, In præteritis enĩ generationibus dimiſit gentes ingredi uias ſuas. In quo eſt uidere admirabilem Dei prouidentiam, Qui cum uoluiſſet ſibi colligere ex iudeis & gentibus populum unum, ſibique reconciliare ambos in uno corpore, tum prædicare ijs qui longe & qui prope erant ſic aptauit, ſic præfiniuit diſpenſationis ſuæ tempora, ut uno eodemque hoc die, populo utrique religioſo, quẽ Iudæi (quoniam octauus erat) ex lege, & gentes, legem non habentes, ex ſuperſtitione uenerabantur & obſeruabant, utriſque ſe exhiberet ſignaculis duobus cognoſcendum, uno carnis altero diuinitatis. Siquidem hunc diem Iano bifronti ſuperſtitioſa gentilitas dedicauerat, quem conuiuijs, ſalutationibus, mittendis & remittendis ſtrenis & ludis publicis, totum tranſigebant lætum, dabant & accipiebant munera, mutuæ beneuolentiæ atque amicitię ſymbola, haud ſecus ac ſi temporis præteriti faſtidio grauati in nouam uitæ conditionem tranſire geſtirent. Qua de re ueterum Poetarum quidam ſic cœcinit carmine. *Act. 14.* *Eph. 2.* *Coloſſ. 1.* *Roma. 2.*

Proſpera

Proſpera lux oritur linguiſque animiſq; fauete
Ouidius Nunc dicenda bono ſunt bona uerba die
faſt.1. Lite uacent aures inſanaq; protinus abſint
Iurgia, differ opus liuida turba tuum
Salue feſta dies meliorq; reuertere ſemper
A populo rerum digna potente coli
Ad quem modum gentes per ignorantiam
ueri Dei Iano bifronti & nihil uidenti, tribue-
bant, quæ erant ſolius Chriſti. Chriſtus enim,
Ioan. 13. (non Ianus) conciliator eſt animorũ omniſq;
beneuolentiæ in hominibus author. Hic prædi
Eſa.61. cat, ut Propheta ait, annum placabilem Domi
no, Hic propter teſtamentum uetus, quod re-
ſpicit a tergo, & nouum, quod coram inſpicit,
in finem ſeculi duraturum, & quoniam media
Heb. 4.7 tor eſt inter Deum & hominem, bifrons pote-
9. rit non iniuria uideri, ſed ob id potiſſimum,
quòd non eſt ulla creatura inuiſibilis in con-
ſpectu eius & oculis eius omnia ſint nuda &
Hebr. 4. aperta. Hic dat ſtrenas & munera auro gem-
miſque meliora, Dedit enim nobis hodie è bo
nitatis ſuę theſauro ſtrenas binas ineſtimabi-
les, quibus nihil pręcioſius, nihil optabilius eſ
ſe poſſit. Dedit munera duplicata eximie erga
nos charitatis ſuę ſymbola Quorum alterum
pręcioſo eius ſanguine notatum eſt, naturę hu
manę ſignaculum, Alterum uerò de cęlo no-
men allatum ſignaculum diuinę naturę, San-
1. Pet. 1. guine autem eius quid precioſius? Et nouo
ſuo nomine exhibuit nobis ęternę ſalutis ſpẽ,
nec enim aliud ſub cœlo datum eſt nomẽ ho
Act.4. minibus in quo oporteat nos ſaluos fieri, &
fœlicem ęternitatis annum auſpicari. Salute
autem ęterna quid optabilius?
Circumciſiõis character humanę illius car
nis, quę pro redemptione generis humani ue-
nit ab Abraham, eſt ſignum, datum non ſolis
Iudeis ſed & gentibus ut promiſſio implere-
tur. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes
Gen. 22. terrę. De quorum numero nos utique eramus
alioqui perituri, niſi benedictio promiſſa ad
gentes quoque pertinuiſſet, quo maior eſt cau
ſa, ut ſignum leti agnoſcamus, nobiſque fœli-
citatem illam gratulemur. Datum eſt autem
Apoc.1. in ſanguine, qui lauat a peccatis, & arra eſt
propitiationis illius quam facere decreuerat
in cruce.
Nomẽ Ieſus tam benignitatis quàm poten
Matth.1. tię eius diuinę eſt ſignum, peccatoribus om-
nibus datum, Vocatus eſt enim Ieſus quia ue
niebat ſaluum facere populum ſuum a pecca
tis eorum. Quid autem tam benignum eſt,
quàm ſua ipſorum culpa pereuntium, ubi in
dignationis & iræ iuſta cauſa dabatur, miſere
ri? & quæ maior ſit potentia, quã peccati uin-
cula ſoluere a Diaboli tyrãnide liberare, a mor
te æterna ſaluare? Atqui hoc quis poſſit niſi
ſolus Deus? Quid uero miſeris nobis tam ne-
ceſſarium, quàm condolentem eundemque *Luc.5.*
ſaluantem habere Ieſum? Agnoſcere ergo
& iſtud quoque ſignum tantorum gaudiorũ
nuncium læti debemus, ut ex nomine ipſo ue
rum confiteamur eſſe Deum, ex circunciſiõe
hominem uerum. Vtriuſque enim naturę cõ-
feſſio, tam eſt unicuique ad ſalutem neceſſa-
ria, ut ſi quis alteram in Chriſto perimat, to-
tus excidat a Chriſto toto, nec habeat unde
poſſit ei Chriſtus prodeſſe. Etenim qui hu-
manam ei naturam detrahunt ſacrificio ſe
exuunt propitiationis. Quod dabit enim
pro ſe ſacrificium, aut quem ſanguinem liba-
bit Manicheus, qui imaginem ac ſimilitudinẽ
geſſiſſe hominis, non naturam, perfide con-
tendit? Quod Valentinus, qui corpus ei affin-
git cœleſte? Quod Apollinaris, qui humanam
in diuinam tranſiſſe fabulatur. An ſanguinem *Heb.10.*
hircorum, thaurorũ aut uitulorum? Sed im-
poſſibile eſt ſanguine hircorum aut thauro-
rum auferri peccata. An ſanguinem proprũ?
ſed is ſanguine hircorũ eſt corruptior. Nobis *1.Ioan.2.*
uero qui uerum ipſum cõfitemur hominem
factus eſt propitiatio pro peccatis noſtris Ad
eundem modum qui diuinam ei naturã blaſ-
phema uoce auferunt, Iudæi, Ethnici, Mahu-
metani, quod habeant nomen in quo ſit pec
catorum remiſſio & quo ſalui fiant? Nullum
profecto, nomine Ieſu ſublato, Non eſt enim
aliud nomen ſub cœlo datum hominibus in
quo oporteat nos ſaluos fieri. Soli itaque de *Act.4.*
Chriſto recte ſentiunt, qui & hominem ipſum
& Deum eſſe cõfitentur, Atque hoc eſt quod
Apoſtolus ille Chriſto præ cæteris dilectus
ait. Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chri
ſtum in carne ueniſſe ex Deo eſt Et rurſus. *1.Ioan. 4*
Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Ieſus eſt
filius Dei, Deus in eo manet. Quæ duo ut non
cõpugnent ipſe fecit, per quem magno eoque
inſcrutabili miraculo, in uno ac ſolo Chriſto
conſentiunt. Quod in ſpiritufancto fore prę- *Eſa.9.*
uidens Eſaias ait, Paruulus natus eſt nobis, &
filius datus eſt nobis. Paruulum a filio hacte-
nus in eodem Chriſto ſecernit, quod Paruu-
lus ſit natus, nimirũ ex Maria uirgine, filius ue
ro datus, nimirum a Patre cœleſti, qui ipſum
ab æterno genuit. Et tamen idem interim eſt
Chriſtus, qui & paruulus eſt & filius,
Tãtorum ſunt duo iſta huius diei ſignacula
myſteriorum Symbola, quæ tamẽ nulla ſint
niſi plurima nec iis inferiora adhuc reſtent.
Pro re nata igitur cõuenientiſſimum ac pul-

chrum erat, utriuſque ſignaculi uim & cauſas quidq́ portenderent altiori origine exponere. Quod tamen ipſum quum mihi per tẽporis anguſtiam non permitti probe ſatis intelligam, & cernam uix de alterutro diſſerendi facultatem ſupereſſe, arbitratus ſum, me nõ abs te facturum ſi Circunciſionis tantummodo ſacramentum pertractem, ut cuius ratio non tam multis perſpecta eſt, quàm exoſculandi illius & amabilis ac benedicti nominis Ieſu. quod omnium piorum ore, nobis etiam tacentibus, celebratur. Illud eſt enim nomẽ qd

Philip.2. eſt ſupra omne nomen, ad cuius appellationem omne genu flectitur cœleſtium, terre-

Eſa.65. ſtrium & infernorum. Nomen in quo qui be-

1.Cor.12. nedictus eſt ſuper terram, ut Propheta ait, benedicetur in Deo, quo nemo poteſt eum appellare niſi in ſpiritu ſancto. Nomen eſt ad quod miteſcunt feræ, fiunt innoxij ſerpentes,

Marc.16. Dæmones eijciuntur, linguis loquimur nouis & omnis generis morbi curanſ propter quod

Pſal.102 propitiatur Deus cunctis iniquitatib⁹ noſtris,

Ioan.16. in quo quicquid petierimus dabitur nobis.

Iohel.2. In ſumma, Omnis qui inuocauerit nomen

pſal.8. Domini ſaluus erit. Quam tantam eius uim admiratus Dauid carmine ipſum tali celebrat. Domine, inquit, dominus noſter quàm admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra, cum pridem in Iudæa tantum notus fuiſſet Deus

pſal.75. & in Iſrael magnum nomen eius.

Illo itaq́ nomine uobis alioqui ſatis commendato & piorum omnium cordibus impreſſo, ad Circunciſionis myſterium explicandũ me conuerto, cuius originem tradit Moy-

Circunciſionis origo. ſes in Geneſi fuiſſe talem. Cum Hebræus Abraham iubenti Deo, ut de terra & cognatione ſua in regionem aliam quam ei demon-

Gene.12. ſtrabat, proficiſceretur, incunctanter paruiſſet, eidemq́ promittenti ſibi iam per ætatem effæto poſteritatem (non magis quam ſtellæ cœli aut ſint arenæ maris, numerabilẽ, abſq́

Gene.15. dubitatione fidem habuiſſet, eaq́ de cauſa iuſtitiæ laudem fuiſſet promeritus, multis perſpecta modis eius obedientia, fide, conſtantia ac iuſtitia. Voluit Deus ſemen eius ab impiorum ſemine ſignaculo aliquo diſcretum, quo originis, ſuæ paternæq́ uirtutis admonita poſteritas, eius quoq́ ſtuderet æmula eſſe, quamobrem mutato nomine eius Abrã

Gene.17. in Abraham, eo quod eſſe futurus multarum gentium pater, iuſſit ut ſe cum familia omni lege ſempiterna circunciderer. Quod inſtitutum ab eo ceptum, per omnem adeo poſteritatem inualuit, ut nemo ueterum legatur eius neglecti cauſa fuiſſe reprehenſus, præter unum Moyſen, cui reuertenti a Madianitis in Aegyptum cum Sephora uxore, angelus mor- *Exod.4.*
tem interminabatur, propterea quod filium ſuum nondum circunciďiſſet. Quo conſpecto puelli mater, ingenti correpta metu, ilico filium petra acuta circuncidit, prouolutaque ad Moyſi pedes ait: Sponſus ſanguinum tu mihi es, & dimiſit eum, ob circunciſionem, ut ait ſcriptura. Adeo ab ea tanquam crudeli atq́ inhumana lege, pietas materna abhorrebat. Quinetiam quanto cum cruciatu fiat Circunciſio, ſi non experientia, poſſet uel ab eo cognoſci, quod cum Emor & Sychem (ut habet Geneſeos hiſtoria, Principes, cum uniuer- *Gene.34.*
ſo ciuitatis ſuæ populo, filijs Iacob doloſe perſuaſi ſe circunciďiſſent, tertio circunciſionis die Symeon & Leui cum modica familia in ciuitatem irruentes, totam multitudinem quæ defendere ſe ob doloris uehementiam non poterat, propter ſtuprum ſorori ſuæ Dynæ illatum, trucidarunt. Nihilo tamen minus Hebræi, quamuis dura, crudelis atq́ inhumana circũciſionis lex illa uideretur, & a ceteris Patrum ſuorum traditionibus leuiter admodum nec infrequenter deflecterent, tamẽ ſiue gloria ſtirpis (de qua ſuperbiebãt) ſiue promiſſorum diuinorum magnitudine, ſiue religione ducti (ferunt enim ac tradiderunt eorũ quidam ritui myſterium ineſſe) eius admodũ tenaces ac patientes erant, cruciatus illos, nõ modo contemnentes, uerumetiam ducentes ſibi glorioſos genteſq́ reliquas uelut immundas aſpernati ſibi ſolis mirifice placebant. Cuius rei admiratio cepit & Aegyptiorum Myſtas illos (qui in ueneratione præcipua religionis opinione habebantur, & cum ad eos Sacramentum iſtud non proprie pertineret. Hebræorum Simiæ facti, a quibus plurima mutuabantur, ſe quoq́ circuncidebant, & neq́ ad literas ſacras illas (quas Hieroglyphicas appellant) addiſcendas, neque ad Aſtrologiæ aut Geneſeos (qua nihil diuinius ducebant) cognitionem, quemquam admittebant niſi prius circunciſum, Et nemo apud eos Hierophantes, nemo ſacrorum Miſta, nemo uates, Aruſpex, genethliacus, cœli aut infernorum conſcius exiſtimabatur, niſi fuiſſet circunciſus. Quinetiam Arabum, Phœnicum & Aethiopum quoſdam ſacerdotes, memorant idem ſequutos exemplum, circunciſionis, ſe charactere initiaſſe. Quo factum eſt, ut circunciſio quæ fuerat Hebræis inſigne religionis. Aegyptijs, Arabibus & Phœnicibus facta ſit ſuperſtitionis inſigne, Non nouum tamen hoc, quum ita ſoleat impietas pieta-

tas pietatem mentiri, & angelus Sathanæ ſe
transfigurare in angelum lucis.
Gene.22. Atque hæc eſt Circũciſionis illius origo, cau-
ſa & progreſſus ad Chriſtum uſque, in quo be-
nedicendus erat non unus Hebræorum po-
pulus, ſed omnes gentes terræ Non enim per
Abrahamum aut eius circunciſionem bene-
dictio promiſſa expectabatur, ſed per ſemen
eius. Semen autem promiſſum & per uirginẽ
Galat.3. redditum, erat Chriſtus, in quo carnalis iſta
circunciſio in multo præſtantiorem conuer-
ſa eſt, Enimuero Chriſtus cum Deus eſſet &
homo, accipiens in humana ſua carne cir-
cunciſionem carnalem, transtulit eam in ſpi-
ritualem, qua electos ſuos ad quos promiſ-
ſio Abrahæ facta pertinebat, ſignaret, Non
quidem ſigno aliquo carni mortali impreſſo,
quam habent boni cum malis communem,
& in qua charactere eodem ſignari poterant
etiam reprobi, nihilo propter ſignaculum il-
lud futuri meliores, ſed in anima, in qua non
2.Cor.1. niſi germani Abrahæ filij & electi Dei ſignan-
tur, infallibili illo ſpiritus charactere, qui nos
meliores efficiat ac Deo probet. De quo A-
poſtolus ait, firmum fundamentum Dei ſtat
habens ſignaculum hoc. Cognouit Domi-
2.Tim.2. nus qui ſunt eius & diſcedat ab iniquitate om
nis qui inuocat nomen Domini, Inuocamus
quidem quotquot in ipſum credimus nomen
domini, ſed ſignaculum Spiritus habent, qui
circunciderũt ſe ab iniquitate, hos diſcer-
nit & cognoſcit, qui ſcrutator eſt cordium
Sap.1. Deus, ad hos pertinet pactum illud æternũ.
Hoc eſt firmum fundamentum Dei quod ſtat
& ſtabit. Ad quam circunciſionem ſpiritua-
lẽ referuntur omnia quæ de carnali illa Moy-
ſes ſcripſit fuerunt enim iſtius umbræ quæ-
Gen.17. dam & imagines. Sed quoniam Iudæus do-
ctrinam hanc ueritatis non recipit. & literæ
affixus, errare nos arbitratur, ne dubias ui-
deamur iactare pro certis, ante ex ipſamet le
ge(cui innititur)uenit ille nobis cõfutandus
ac redarguendus, quàm probemus omnia ue
teris circunciſionis iura huc eſſe translata.
Age igitur ſi rogemus Iudæum cauſam, qua-
re iuſſerit Deus præputium circuncidi, quod
amputari abſque cruciatu magno non pote-
rat. Nam perſuaſum utrinque eſſe debet, De-
um non ſine cauſa & fruſtra graue aliquid in
homines ſtatuere. Si natura uitioſum erat,
adeoque Deo inuiſum, quare creauit? Si non
erat inuiſum Deo, nec moleſtum homini,
aut natura malum, quare iuſſit amputare?
Si quia ſuperfluum erat, auferri uoluit, uide-
bitur miſerorum cruciatu ſuum errorẽ, ſi ita

fas ſit de Deo loqui uoluiſſe emendare. Ipſe *Pſal.99.*
enim fecit nos & non nos ipſi. Aut ſi alia quæ-
piam cauſa ſuberat ad Deum non pertinens.
Nunquid de præputijs cura eſt Deo? Hic quid
ille reſpondeat, niſi datam circunciſionem in
fœderis diuini ſignum, quo populus Deo de-
dicatus a reliquis gentibus ipſum agnoſcenti-
bus, nec cultui eius mancipatus ſecernere-
tur. Verum id quidem, & ſatis conueniebat.
Iudæorum populum rudem, notis huiuſce-
modi ſignari, ſed non iſtud querebatur. Dan
da erat ratio quare diſcernendo populo ſuo,
Deus ſigno iſto & non potius alio quopiam
uoluit uti, quo uidelicet tam dignum Deo
ſignaculum iſtud fuiſſe appareat, quàm con-
ueniebat Iudæos eo notari. Quæ niſi detur
ſtudioſis illis, qui facta diuina admirantur,
eorumque rationes perueſtigant, neutiquàm
fiet ſatis, quinetiam, uidebitur hæc ipſa lex
cum decoro naturæ decentiſſimo & rationis
iudicio pugnare, Dicent enim Ethnici. Sic nõ
habebat Deus ueſter quem omnipotentem
& ſapientem eſſe dicitis, in corpore humano
locum alium. Vbi religionis & pacti ſui cha-
racterem locaret, niſi in uerecundarum par-
tium(quas natura uelauit)circunciſione?
Quale item ſit(rogabunt) ęternum Dei te-
ſtamentum iſta corporis parte reconditũ cir-
cũferre? & quale denique ob reſectam cutis par
ticulam(quæ neque bonum neque malũ alioqui
hominẽ reddat) circunciſum non circunciſo
ducere meliorem, & hunc illi pręferre uel poſt
habere? Hic mutus erit Iudæus nec poterit le-
gis quam profitetur dare rationẽ, niſi cõfitea-
tur nobiſcum, circunciſione illa carnali, cir-
cunciſionem aliam Deo dignam, & quæ ho-
minem uere ſanctificet adumbrari, cui ſigni-
ficandæ, non quælibet alia corporis pars. ſed
tantum pudenda iſta ſit apta. Quãquam huc
adigetur, non iſta tantum ratiocinatione, ſuc-
currunt enim ipſa etiam lex & Prophetę, quo-
rum authoritas maius pondus habet. In Leui
tico ait Dominus, Ambulabo contra eos(de *Leuit.26*
Iudæis carne utique circunciſis loquitur)& in-
ducam eos in terram hoſtilem, donec erube-
ſcat incircunciſa mens eorum. Audimus hic
circunciſionem potiorem mentis. Mens autẽ
circuncidi(niſi ſpiritaliter(quo queat? Similis
eſt in Deuter. locus, ubi ad circũciſos iã carne *Deut.30.*
Iudæos Moyſes ait Circũcidet dñs Deus tuus
cor tuũ & cor ſeminis tui, ut diligas dñm deũ
tuũ ex toto corde tuo & in tota aĩa tua. Si in
ꝑputij circũciſiõe cõqeſcẽdũ exiſtimauit moy
ſes, qd circũciſionẽ cordis ex Dei noĩe ijs q cir
cũciſi iã ſunt ꝓmittit? Luculẽtur itaque hic appet
non modo

non modo, quod demonſtrandũ nobis erat,
circunciſionem quandam eſſe ſpiritalē, carna
li iſta præſtantiorem, uerumetiam & hoc, qđ
illa ſit. quam uelit potiſsimũ & exigat Deus.
Deut. 10. Idem eſt uidere & in alio Deuteron. loco. ubi
Deus ait. Circuncidite igitur præputium cor-
dis ueſtri, & ceruicem ueſtrā ne induretis am-
plius. En & cor ipſum hominis, ad quod nul-
la manus ptingit, preterquàm Dei, habet præ
putium quod circuncidatur, ſed ſpirituale, qđ
niſi circuncidimus, non proderit carnem ha-
bere circunciſam. Quorſum igitur glorietur
Iudeus in figura, in umbra, in ſignis, ſi hæc eſt
ueritas? Quorſum præputij ſui decurtationē
iactabit ſi præſtantior, ſi ſanctior, & Deo gra-
rior eſt circunciſio cordis? Pleni ſunt rerũ iſta-
rum, Prophetæ, quorum agmen longum, ſi
cauſa poſceret, huc poſſē adducere. Sed apud
uos Patres ſanctiſſ. id arbitror in re tam mani
feſta fore ſuperuacuum. At dum Iudæorum
perſequor ſtoliditatē uidear forſan alicui ipſe
impegiſſe & laqueos mihi innexuiſſe. Vnde
non extricer. Nam ſi figura eſt & umbra Cir-
cunciſio, quid tantopere Chriſtum in carne
circunciſum predico & extollo? Neutiquàm
uero ſtringor hoc modo, qui Chriſti circun-
ciſionem aliter quàm ſuam iudæus magnifi-
Eſa. 9. co. Non enim ſibi circunciſus eſt Chriſtus ſi-
cut Iudei, ſed nobis quibus & natus & datus
eſt, ſed nec ideo, quod putaret cum iudæis,
præputium omne natura immũdum coram
Deo eſſe, aut carnis mutilationem uirtutē eē
Deo gratam atq; acceptam, Sed ideo circun-
ciſionem accepit, ut figuralem illam transfer-
ret in ſpiritualem, ueram circũciſionem, ideo
ſub umbram hanc deſcendit, ut ea diſcuſſa rē
ipſam in luce nobis exhiberet. Præter quam
utilitatem profuit nobis & alias Chriſti cir-
cunciſio multis modis. Primum enim morta
libus omnibus comprobauit ſe carnem uerā
& noſtri ſimilem aſſumpſiſſe, qui uoluit nos
ſibi in unũ corpus (in quo omnes ſeruaret,)
Epheſ. 4. concorporare. Deinde uoluit fratribus ſuis ſe-
Heb. 2. cundum carnem, iudæis (inquam) ne quam
illis offenſionis cauſam præberet per omnia
aſsimilari. Et qui non poſtremus eſt eius fru-
ctus, liberauit nos a dura circunciſionis lege,
circunciſus ipſe pro nobis. Miſit enim Deus
Galat. 4. filium ſuum factum ex muliere, factum ſub
lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut
adoptionem filiorum Dei reciperemus. Sed
qui potuit iſthuc fieri? Num legem (ut nos li-
beros ab ea redderet) deſtruxit? Minime. Sed ꝑ
Matth. 5. nobis impleuit. Pro nobis autē implere quo-
modo potuit id, quod ut ipſi nos præſtemus,
lex exigit & requirit? Sic enim habet manda-
tum Dei. Maſculus cuius præputij caro circun
ciſa non fuerit, delebitur anima illa de popu-
lo ſuo. Et iterum, Erit autem pactum meũ in *Gen.* 17.
carne ueſtra, in fœdus æternum. In ueſtra, in-
quit, carnæ nõ aliena. Multis ſane mortalibus
quibus rationem caro abſorbuit, præbuere
hæc legis uerba ingentis cauſam ruinæ, qui
æternum illud Dei teſtamentum, ad ſuã ipſo-
rum carnem referentes, tã grandi rerũ moli,
tam fragile ac uile ſubſtrauerunt fundamētũ.
Quales fuere iudæi, qui propter hanc legem,
legem Chriſti etiamnum auerſantur. Quales
item Ebionitæ, qui cũ Chriſtum recepiſſent, *Epipha-*
ſuaq; omnia ad pedes Apoſtolorum poſuiſ- *nius.*
ſent, propter hæc legis uerba retro cõuerſi ac
circuncisi a Chriſto exciderũt. Sic Cherintus.
Sic Pſeudoapoſtoli. Sic ad tempus Galatæ.
Sic Mahumet, & cum eo gentes innumeræ a *Galat.* 3. 5
Chriſto receſſere, quibus perſuaſum erat, ſuā
eſſe carnem pro qua tanta polliceretur Deus,
& de illa dictum eſſe. Pactum meũ erit in car-
ne ueſtra in æternum. Heu carneas & cœcas
hominum iſtorum mētes, & ſtupida craſſaq;
ingenia. Ita ne mortales de putente ſua carne
gloriari? Itane Dei & creatoris ſui pacta gratui
ta, carnis ſuæ merito adſcribere, & quidē car-
nis illi particulæ quæ pudenda prorſus atque
indigna ſit. Quid eſt autem omnis caro, niſi *Eſa.* 40.
fœnum, niſi puluis, niſi lutum? & huius ſcili- *pſal.* 102.
cet, uilior particula digna æſtimabitur, ꝑ qua *Eſa.* 64.
paciſcatur Deus homini immortalitatē? Quã-
ta, eſt indignitas opinari, tam uilibus Deum
addictum eſſe rebus. Alia, o cœci, alia eſt caro
pro qua pactus eſt nobis Deus æternitatem.
Hæc eſt unigeniti eius caro, qui nobis natus,
datus & circunciſus eſt idemq; eſt maſculus
ille, in quo circuncidimur omnes. Quemad- *Gen.* 22.
modum enim quod Abrahæ dictum eſt. In ſe
mine tuo benedicentur omnes gentes terræ,
non poteſt ad eos omnes, qui ab Abraham *Galat.* 3.
deſcenderunt, referri. nec enim dicit ſcriptura,
in ſeminibus quaſi in multis, ſed ĩ ſemine tuo
quaſi in uno, hic unus autem eſt Chriſtus. *Gen.* 17.
Ita quod eidem dicitur, Erit pactũ meũ in
carne ueſtra, non ad unumquemlibet Iudæũ
referri poteſt, nec de multis ſed de carne una
pronunciat Deus Hæc autem una caro. O iu-
dæi eſt Chriſtus, de carne ueſtra, ex ſemine
Abraham natus, qui idem & caro noſtra eſt,
Quotquot enim in ipſo baptizati ſumus, unũ *1. Cor.* 12.
ſumus cum illo corpus, & membra de mem- *Epheſ.* 5.
bro, de carnibus & oſſibus eius, Illo ergo cir-
cunciſo, ſimul intelliguntur circuncisi, quot-
quot in eo exiſtunt. Quam carnem unam

& ma-

Coloſſ.2. & maſculum unum. Coloſſenſibus indicans is qui aliquando raptus fuit in tertium cœlum. In Chriſto, inquit, circuncisi eſtis, circuncisione non manufacta, in expoliatione
Coloſſ 3. corporis carnis, ſed in circuncisione Chriſti, conſepulti ei per Baptiſmum. Itaq; iam nō eſt Maſculus & fœmina, gentilis & iudæus, circuncisio & præputium, barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed omnia & in omnibus Chri-
Gala 5.6. ſtus. In quo neq; circūciſio aliquid ualet neq;
Rom.2. præputium, ſed noua Creatura, ſed fides quæ per dilectionem operatur. Non enim q in manifeſto hic Iudæus eſt, neq; quæ in manifeſto in carne fit, circuncisio eſt, ſed qui in abſcondito, Iudæus eſt, & circuncisio cordis in ſpiritu non litera, cuius laus nō ex hominibus, ſed ex Deo eſt. Enimuero non magni meriti res coram Deo eſt carnem circunferre mutilatā. Cordis & animæ uitia amputaſſe, illa demū præclara eſt & Deo grata Circuncisio. Hæc eſt quam legiſlator uolebat atq; intendebat, ad hanc inuitat nos Chriſtus infantulus circuncisione ſacroſanctæ carnis ſuæ. Hanc docuerunt Apoſtoli præſagierunt futuram, atq; etiam ſuo exegerunt tempore Prophetæ, Patriarchæ & iuſti uiri. Olim in carne ſua adumbrarunt, pulchra & accurata ratiōe, quæ pars hoīs, quo ordīe, qua ętate, quo cultro & quo modo, circuncidi debeat, pręſcribentes. Quomodo enim non numeris omnibus traderet abſolutum, quod ex dei ipſius gerebatur pręſcripto? Et quidem quæ pars hominis circuncidi debeat, in præputij carne intelligitur. Non enim præcepit Deus præcidere ungues aut capillos uel barbam abradere, res quas excernit ipſa natura, non etiam corporis ſolida membra, ſine quibus non poteſt homo integer conſiſtere, ſed congenita nobis præputia, naturæ quidem ſui amantisſimæ chara, pudenda tamen. Quæ quoniam carne cōſtant & ſanguine, non abſq; cruciatu reuelluntur tametſi abūdare in corpore humano, nec admodum ei neceſſaria eſſe uideantur, Qua figura ſignificat Deus, uitia illa pudēda in quę ferimur ab ipſa adoleſcentia ac per omnē ætatem adeo procliues, quæq; radices iā in ipſis noſtris uiſceribus egere, nec poſſunt, niſi naturæ cui congenita ſunt reluctante, & acerbo cum dolore extirpari circuncidenda tamē eē, modo uelimus inter filios Dei computari. Qualis eſt concupiſcentiæ ueneręæ impetus, ſuperbiæ malum, ambitionis peſtis, ſtudium auariciæ, Luxus, odium, inuidentia, & id genus morbi carnis qui etſi tenaciter adeo deprauatæ inhereant naturę, ut extirpari & ſanari, niſi uim nobis inferamus, uix queant. tamē nemo defendit, nemo non improbat, utpote pudenda & uerecunde (quātumuis corruptos homines delectent naturæq; adblādiantur) tegenda. Atq; hæc talia, cui non merito uideantur quædam eſſe præputia? & quidem cordis præputia, unde exeunt, ut ueritas ipſa nos docuit, cogitationes immundę, quę coinquinant hominem. Et prauum eſt cor hominis, Matt. 15.
pronumq; (ſicut apud Moyſen Dominus ipſe Gen. 6.
conqueritur (ab adoleſcentia ſua in malum, Leui.26.
Quanquàm ſcriptura ſacra, eadem illa uitia tribuit etiam menti, iubetq; & hanc circuncidere. ideo forte quod mens uideatur in corde ſuam habere ſedem. Legimus in Hieremia & Hiere.6.
aurium circuncisione opus eſſe. Sic enim ait. Cui loquar & quem conteſtabor ut audiat? Ecce incircunciſæ ſunt aures eorum, audire non poſſunt. Moyſes querebatur ſe labijs eſſe Exodi. 4
incircunciſum. Et quemadmodum circuncidere oportet, mentem, cor, aures, labia, ſic fortasſis & manus & pedes, & oculi & nares habent quod circuncidatur. Labia quidem, ne loquantur dolum in corde & corde, detracta pſal.11.
tiones, turpiloquia & ea quæ nec nominari, Epheſ. 5.
uult inter fratres Apoſtolus. Aures, ne adula- 1.Cor. 15.
toribus, calumniatoribus, aut colloquijs eorum prauis qui animas corrumpunt, auſcultent, ſed potius uerbo Dei. Oculi, ne uide- 2. Pet.2.
ant uanitates, & ſint pleni concupiſcētijs, ſed ſimplices ſicut columbarum. Guſtus a crapu Philip.3.
la, ebrietate & gulæ irritamentis, ne fiat homini ſuus uenter Deus, & tanq̃ crucis Chriſti inimicus ab Apoſtolo deploretur, Manus ne muneribus, ſanguine, rapina aut iniquitate ulla polluantur, Pedes a lapſu, ne gradiantur uia duplici, ſed in uia currant mandatorum Dei. Tot ſunt hominis partes quæ circuncisionem requirant. Quanquàm interim uerū eſt, Corde bene circuncisio, totum ſatis hominē circunciſum eſſe. Ordinem adhæc quendā in circuncisione ſeruandum eſſe. Abrahā ſuo nos docet exemplo. Siquidē is prior ſeipſum, deinde Iſmaelem filium ſuum poſtea uernaculos. poſtremo empticios & aduenas circūcidit. Se quidem non impuritatis ullius præſcindendæ cauſa. ſed propter exemplū, quippe qui iam iuſtitiæ laudem a Deo fuerat ade- Gen. 15.
ptus. Iam audierat. Ego protector tuus Abra- Roma 4.
ham & merces tua magna nimis. Benedicam Gen. 12.
benedicentibus te & maledicentibus tibi ma- 17.22.
ledicam, & iam quarto acceperat de poſteritate, de Chriſto de Chananæorū fertilisſima amplisſimaq; regione posſidenda promisſionem. Nihilo tamen minus, quanuis iuſtus, re-

ctus,

ctus, Deo charus & annoſus eſſet, debuit Pater multarum gentium futurus, priuſquàm promiſsionis fil.um Iſaac generaret ipſe circuncidi. Quid hoc ſibi uult P. Reuerend. aliud, niſi quod in Eccleſia Dei oporteat primò ipſos Abrahamos, ipſos Patresfamilias, qui alios circuncidant, circuncidi ſalrē in exēplum, quanto uero magis, ſi habeāt ipſimet, quod circunciſionem requirat? Videlicet ne audiant. In quo alium iudicas te ipſum condēnas.

Roma. 2. Neq; enim Iſaac naſcitur niſi de parente circunciſo, nec Eccleſiarum Patres, bonos
Gen. 21. Chriſto generant filios, niſi fuerint ipſi circūciſi priores. Sic enim aiunt. Plus ualere exemplum bonum quàm leges bonas. Circunciſo

Gene. 17. parente mox Iſmael filius circunciditur, primus poſt patremfamilias in domo. Et quis primus in Eccleſia poſt Eccleſiæ Patres eſt, niſi clerus in ſortem Domini electus & adſcitus? Quem ſequuntur tanquā uernaculi populus fidelium, ciues ſanctorū & domeſtici Dei,

Epheſ. 2. Poſt uernaculos tardius circuncıſionem admittunt ſerui empticij illi, qui ſua lucra in Ec-

Rom. 16. cleſia Chriſti ſectantes, non Domino noſtro Ieſu Chriſto ſeruiunt, ſed ſuæ cupiditati. ſuo uentri. Poſtremi ueniunt aduenæ, qui in Eccleſiam de regione tenebrarum ſero pene reuerſi, pœnitentiæ caſtigatione ſeueriori circunciduntur. Hoc ordine circuncidit Abraham domum ſuam, & hic ordo eſt, quem in Abrahamo Deus Eccleſiæ præſcripſit, quem peruertere. ſi quis adnitatur, nihil egerit aliud, quàm ut cum natura pugnare, & Dei ordinationē infringere uoluiſſe, uideatur. Interim tamen prætereundum non eſt ſi quidem uelimus ſacræ ſcripturæ candidi & non iniqui interpretes haberi. Quod Abraham gentis Pater, non a filio, non a uernaculis, nec a ſeruis, aut alienigenis circunciditur, ſed ſua ipſius ꝓpria uoluntate & manu, Noſſe enim oportet, non permiſſum (nedum iniunctum) minoribus. Vt negocium ſibi ſumant aut libidine feβrantur, maiores ſuos circuncidendi, ut ſicut

Gene. 9. Cham ille, naturæ reuerentia depoſita, parentum ſuorum uerenda nudata fratribus oſtendant, quos certa maledictio apud Deum manet. Sed debet Abraham a ſeipſo, nō ab alio quouis minore circuncidi, deriſus & contemptus. Ipſiq; ſeſe Patres debent ad proauorum & maiorum ſuorum normas & leges illas, quas nulla (quæ quidē a Deo ſit) queat diſſoluere poteſtas, ultro componere. Etenim non datam (ne ipſis quidem Apoſtolis) eſſe a

2. Cor. 10 Deo poteſtatem, ea quæ pro ædificatiōe ſan-
13. cita ſunt deſtruendi. Apoſtolus ipſe ille gentium doctor in fide & ueritate nobis affirmat, Galat. 2.
pro quibus ſolis forſan conſeruandis, quales quales Patres eorum fuerint, poterunt minores ſoliciti eſſe & Paulos quoſdam agere.

Quæ uero ætas circunciſioni huic diuinę deputetur, ſi libet cognoſcere. En Abraham circunciditur annorum nonaginta nouem. Iſmael tredecim annorū, Infans paruulus dierum octo, familia uero abſq; ætatis reſpectu. Hoc uero quid eſt P. R. niſi quod nulli parcitur ætati, quando neq; infima circunciſionē euadit, neq; ſuprema. Abraham qui anno nonageſimonono ſuperato, iam centeſimū agebat, ætatis ſupremæ. Paruulus infime. Iſmael & familia, mediæ gerunt imaginem. Omnis enim æras circunciſioni Chriſtianæ matura eſt, Quod Spiritus ſanctus per Prophetam ſignificans, ſic Chriſti tempora deſcripſit. Non Eſa. 65.
erit ibi infans dierum & ſenex qui non impleuerit dies ſuos. Quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Adeo nemini datur ad perſe- Gene. 17.
uerandum in peccatis ſpacium ulterius, atque hoc ipſum eſt, quod habet hiſtoria diuina. Stati●, inquit, in ipſo die (ſicut præceperat ei Deus) circuncidit Abraham carnem præputij ſui & Iſmaelis filij ſui & omnē domum ſuam.

Et quoniam non amputatur abſque cultro Exod. 4.
præputium, de hoc quoque diſpiciamus. In Ioſue. 5.
ſcripturis quidem, non inuenitur circunciſioni adhibitus culter alius quàm petra acuta. Mirum uero, ſi tam acuta poſſit ulla fingi, q̄ circuncidendo cordi, quod omnium oculorum fugit aſpectum, adhibeatur. Si non extat autem talis aliqua, qua falce aut ſecuri cordis præputium quis amputet? Niſi forte confugiendum putamus ad illam de qua ſcriptum eſt, petra autem erat Chriſtus. Sed hæc pe- 1. Cor. 10
tra qua cote exacuatur, ut ſcindat, aut quomodo cultri uicem obtineat Chriſtus? Verū ceſſabimus mirari ubi proprius Chriſtum inſpexerimus, conſideraui muſq; ipſum ſimul eē uer- Ioan 1.
bum illud incarnatum, uerbum, inquam, Dei uiuum & efficax, quouis gladio ancipiti pe- Hebre. 4
netrabilius, quippe quod ad ſpiritus & animę compagum quoque & medularum diuiſionē uſque pertingens, cordis ipſas cogitationes ſecretiſsimas diſcernit. Ecquem autē cordi circuncidendo gladium magis penetrabilē aut petram accutiorem quæramus? Verum dicet forte quiſpiam. Sed quis in poteſtate atque arbitrio ſuo hanc petram habeat, ut ea circuncidere & ſe & alios queat? Quem ad Apoſto- Rom. 10.
lum mitto, a quo audiat reſponſum. Ne dixeris, inquit, ille, in corde tuo. Quis aſcendit in
cœlum.

cœlum.id eſt Chriſtum deducere,aut quis deſcendit in abyſſum, hoc eſt Chriſtum a mortuis reuocare. Sed ſicut dicit ſcriptura, Prope
Deut.30 eſt uerbum in ore tuo,& in corde tuo,Hoc autem eſt uerbum fidei. Si credis enim,nõ opus tibi eſt ut quæras extra te eum qui eſt ubiq;.
Pſal.94 Intus habes petram qua circuncidaris, modo
Heb. 3. inſtanti ac circuncidere uolenti pareas & acquieſcas, nec uolueris obdurare cor tuũ ſicut illi qui noluerunt audire eius uocem, & temptauerunt eum in deſerto. Etenim eſt & extra te gladius quidam ſpiritus quem a Deo acceptum uerſant ac ſtringunt eius miniſtri. Eccleſiarum præpoſiti,ſecant,eradicant, excidunt,
Ephe.5 exterminant,ædificant,plãtant,hic eſt gladius ille ſpiritus,quod eſt uerbum Dei,quo gladius ille anceps uitalibus noſtris infigitur & uerbũ, quo uerbum illud uiuum & efficax in te mouetur. Si exceperis & obedientia humili intromiſeris gladium iſtum ſpiritus, gladius ille anceps nempe petra illa acutiſsima, circunagetur & permeabit tibi cor & medullas,circuncidetq; cogitationes immũdas, deſideria carnis, omnesq; affectus prauos, ipſiſsima ac penitiſ-
Pſal.106 ſima cordis præputia. Et quoniam uerbum il
Pſal. 50. lud inſtaurat uniuerſa,cor mundum rurſus in te creabit & ſpiritum rectum renouabit in uiſceribus tuis.

Porro modum quo fieri debeat circũciſio. ſi quis requirat,in ipſo illum inueniet nomine. Circumcircum enim ducendus eſt culter petrinus in orbem, ne quid reſideat aut relinquatur impuri. Modicum enim fermentum totam maſſam corrumpit. Niſi enim labefactantis carnis uiuum ipſum culter penetret,ſi non pertententur radicitus mala grauiora, ſed radantur tantummodo aut ad tempus demeiãtur, tanquàm iritata & plura & nocentiora quàm erant reſurgent,fietq; nouiſsimus error peior
Hier. 4 priore. Quamobrẽ præmiſſo Hieremia magno illo circunciſionis huius precone,ipſe nos monet Dominus. Circuncidamini (inquit)& auferte preputia cordium ueſtrorum, uiri Iuda & Hieruſalem, ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat. Graues profecto & metuendæ ſunt incircunciſis nobis minæ iſtæ, non hominis, ſed dei, uoce tam terribili intonantis, ne forte ut inquis egrediatur(inquit) & non ſit qui extinguat iram. Proinde auferte,nõ palpate preputium, auferte & ne uelitis ſcalpere tantummodo. Præputium ablatum non renaſcitur. Sic præputanda ſunt mala ſic zizania eradicãda,ne renaſcantur. Quo in negotio, forſan uidear cuipiam facere de rebus factu non poſsibilibus uerba inania, Siquidem donec homines erunt & uitia. Semper eſt inquietus aduer- Matt. 13.
ſarius,ſemper circumit,ut ſeminet zizania,ſem 1. Pet.5.
per quærit quos deuoret,& de parentibus circunciſis uelimus,nolimus,naſcuntur filij præputiati. Verum id quidem,ſed non eſt propterea animo ad mala illa concedendum. Saltem ſi prohiberi ne redeant,non poterunt,non inuirentur, non foueantur, non aperiantur eis
oſtia. Circunciſus eſt aliquis, non adducat 1.Cor.7
præputium. Si enim quæ deſtruxi iterum reæ- Gal. 2.
difico & rurſus inſtauro, præuaricatorem(inquit Apoſtolus)me conſtituo. Semper quidẽ inquietus eſt aduerſarius,ſed non proficit,niſi quando dormiunt homines,tum enim ſpargit
inimicus homo zizania ſua. Cui periculo pote Matth.13
runt imo debent excubijs ſuis Eccleſiæ ſpeculatores occurrere. Quid enim Epiſcopus niſi
ſpeculator?& quid faciat ſpeculator niſi ut in- Ezech.13
uigilet? Et quod naſcuntur de circunciſis incircunciſi, de ablutis & purgatis immundi, non uoluntate parentum piorum id fieri,ſed ineuitabili naturæ corruptione,eorundem eſt querela,unde eſt, ut non etiam culpa mali huius, parentes quibus illud inuiſum eſt, quiq; propterea ingemiſcunt & dolent, perſtringat, Ad quem modum,ut ueſtra quoq; egregia uolũtas, ueſtrum ſtudium, ueſtraq; hoc in re integritas,omnibus fiat perſpecta P. R. nõ parum retulerit, Quo intelligat orbis Chriſtianus, quodcunq; renaſcetur malorum per uos non ſtetiſſe,Sic uos amputaſſe corruptelas, ſic cauſas excidiſſe malorum. ſic nec fimulam (qua reuertãtur) reliquiſſe quaſi qui nolueritis unquàm ea redire. Qua ſane ratione fiet, ut ſi nõ tollentur omnia(quod, ut noſtra habet conditio)impoſsibile uidetur,uitia ſaltem quã minima relinquantur, & eorum quæ uel forte relinquentur uel renaſcentur, non ſitis daturi
Deo rationem,animas enim ueſtras(ſicut Pro Ezech.3.
pheta ait)liberaueritis. & .33.

Hæc uero ueſtra eſt uocatio, hoc officium ueſtrum, ad hoc eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in hac Synodo frequentiſsimã magna religione, maximaq; cum orbis totius expectatione conſtituti. Ad hoc nomen illud adorãdum (quo nemo fuerit ad cauſas priuatas impune abuſus) actionibus & ſtudijs ueſtris prætenditis,uobisq; iure ueſtro bono uẽdicatis. Ad hoc tributa eſt uobis a Deo poteſtas(non qualiſcunq; ſed quæ cõtra ipſa etiam tartara & omnia regna mundi preualeat)diuina. Niſi uos autem, in eo authoritatis faſtigio conſtituri,laborantem eccleſiam,ab impuritate morum,a ſcabie cõtracta, a grauaminibus

& abuſibus,

& abuſibus, de quorum multitudine intolerabili, publica eſt querela, circunciditis & repurgatis quem expectantibus alium hoc qui faciat, abſq; (non dico Circunciſione, ſed corporis totius excoriatione, & conuulſione eorum quæ hactenus permanſere nobis integra? Quamobrem Eccleſiæ ſalus hodie uerſatur in manibus ueſtris. In uos illa ſuſpicit, fidem atq; opem ueſtram implorat, & per natum ac circunciſum Dominum uos obteſtatur ut ne uelitis a negocio tam ſancto, tam neceſſario, tantaq; tum laude inchoato, ceſſare, donec illa ſuo nitori reſtituatur. Nec audire uelitis eos, qui pernicioſa ſecuritate, arbitrantur non admodum referre, bene an male uiuatur, modo retineatur integritas doctrinę pro qua ſola iubent uos eſſe ſolicitos, uana nimirum ſpe ſibi perſuaſum habentes, ita rem omnem extra periculum fore, propter pro-
Matt.16. miſsionem Chriſti, Et porte inferi non præualebunt aduerſus eam. Quid enim dicũt aliud
Hier.6. 7.8. quam pax pax ubi non eſt pax, & templum Domini templum Domini, quod ſtudijs hominum prophanis ille ducit pollutum. Sic blandiebantur ſibi & olim Michea teſte Iu-
Mich. 3. dæi. Audite hæc (inquit) Principes domus Iacob & iudices domus Iſrael, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Syon in ſanguinibus & Hieruſalem in iniquitate Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetę eius in pecunia diuinabãt, & ſuper Dominum requieſcebant dicentes. Nunquid non Dominus in medio noſtrum eſt? Pulchrum quidem imo & neceſſarium ad ſalutem noſtram fuerit doctrinæ conſeruaſſe integritatem ſed qui propterea ſecuri ſunt, ij mihi ignorare uidentur, ob uitę corruptionẽ, aut integritatem illam doctrinæ amitti, tradiq; homines iuſto Dei iudicio in ſenſum reprobum, aut hereſum ſciſmatumq; uiolento turbini uel ſaltem tyrannorum & infidelium barbaræ ac rabioſe oppreſsioni alijſue cladibus publicis Eccleſiã (ceu diuina iuſtitiæ flagellis) ad ſupremum uſq; eius halitum, committi. Quo nihil certius eſſe, compertum habent, qui ſuperiorum temporũ hiſtorias Eccleſiaſticas Euſebij, Theodoriti ſimiliumq; perlegerunt Præſentemq; rerum ſtatum circumluſtrant, cum geſtis maiorum componunt, & quem tandem ſit habiturus exitum, prudenter ſecum diſpiciunt ac coniectant. Et fere perpetuo hereſes & ſchiſmata ex moribus corruptis natæ ſunt atq; inualuerunt. Sequitur enim uitæ corruptionem corruptio mentis. Quoniam in maleuolam animam, (ſicut in ſacris dicitur) non introibit ſapiẽtia, Sap. 1.
nec habitabit in corpore peccatis ſubdito. Spiritus enim ſanctus diſciplinę effugiet fictũ. Quam plagam & legis ueteris transgreſſoribus Moyſes imprecabatur. Percutiat, inquit, Deut. 28.
te Deus amentia & cœcitate ac furore mentis, & palpes in meridie ſicut palpare ſolet cœcus in tenebris, Dignum eſt enim ut ſole careant, quos delectat in tenebris uerſari, Et unde ueniunt ſpiritus uertiginis, ſpiritus ſoporis, ſpiritus ſuperbiæ, contumeliæ, mendacij & erroris? Vnde tenebræ mentis & ſenſus reprobus? quare perit ſapientia a ſapientibus & intellectus prudentium obſcuratur, niſi quia cogitationes peruerſæ ſeparant a Deo? Profecto. Sap. 1.
Neq; legẽ nouit neq; Prophetas, ſed nec ipſum Chriſtum (quem confitetur) qui confidit, nõ auferendum a malis regnum Dei, & dandũ genti facturæ iuſtitiam eius. Quæ mihi propter ſecuros illos doctrinæ fiducia dicta ſunt. Quorum præpoſterum eſſe iudicium, eiſq; qui Eccleſiam Chriſti uolunt quàm optime conſultum, ſi non poriorem certe non poſteriorum exercendæ diſciplinæ, quàm doctrinę illuſtrandæ habendam rationem, ipſi probe patres prudentiſsimi cernitis. Chriſtus enim eos qui mentis & uitæ puritate ipſi ſtudent inherere, neceſſarijs ad recte credendum beneq; uiuendum præſidijs, nunquam deſtituit ſed docet, illuminat & inſtruit tales, amplius atq; amplius indies, apparens ijs qui diligunt eum, At ſecuros illos, qui uoluntate eius agnita uiuere peruerſe non uerentur, aut plectit ſeuere, aut uelut deſperatos procul abijcit, Porro ſiue irato Deo, prorſus excidant a fide Chriſti, ſiue eo propitio, flagellis tantũ hominum caſtigentur, & in ſtatum alium redigantur, iſti qui hoc tempore doctrinæ retinent integritatem (quorum certę neutrũ uideri cuiquàm debet non ẽ propinquo metuendum) Nam quis neget Europæ tandẽ poſſe accidere, quod toti iam Aſiæ atq; Aphricæ euenisse in propatulo eſt? Non tamen ob id fallet promisſio Chriſti, aut peribit eius Eccleſia. Siquidem deſertorum & Apoſtatorum loco, ſurrogabit Dominus populum alium, eos uero qui permanſerint conſtantes, purgabit, caſtigabit ac probabit. Non enim promiſit Eccleſiæ ſuæ Chriſtus, opes huius ſeculi, non luxum, non pompas, non imperium, ſed nec Patriam certam niſi cœleſtem. Et quid ſi hęc ipſa circuncidantur, ſi reprimatur quoq; tot Sacerdotiorum inſana ambitio, ſi non uendatur & ematur in templo, ſi non tot laquei pe-
cunijs

cunijs tendantur, ſi pauperū & Eccleſiæ bona nō diſtrahantur in res perditas, ſi pro quæſtu reuocetur pietas uera, num propterea Eccleſiam Chriſti periclitaturā exiſtimabimus & non potius purgatum & tanquam aurum igni probatum iri? Quam repurgationem, ſi uos (quod faxit Deus & exoptatiſſimum foret) facitis ipſi P.R. mirum quanto id gaudio tota cœleſtis curia excipiet, quantamq; attuleritis reipublicæ Chriſtianæ tranquillitatē. Sin autem purgabit Deus nihilominus Eccleſiam ſuam, conſilijs alijs, & tardantes miſericordiæ ſuæ flagellis compellet tandē intrare.

Pſal. 2. Nunc nunc igitur nunc apprehendenda eſt oībus diſciplina, ne quando iraſcatur Dominus & pereatis de uia iuſta, Nunc petra acuta,

Hiere. 2. circuncíſioneq; ſalutari eſt opus, ne quando queratur Dominus, fruſtra percuſſi filios ueſtros, diſciplinam non receperunt, ne quādo clamet orbis terrarum, nihil hoc Concilio actum, nihil promotum alijs opus eſſe Concilijs aliaq; circunciſione. Nunc ſcandalis, nūc abuſibus & exemplis prauis præputatis, nunc reſtitutis in ſua munera, ſuas functiones, ſuamq; dignitatem omnium graduum ordinibus, reſtitutis in ſuas fundationes & origines Eccleſijs, quas hominum inſatiabilis cupiditas miniſterijs (Deo & hominibus debitis) nudatas, ſibi reddidit cenſuales, nunc uitæ integritate ad Eccleſiæ ædificationem reuocata, confundetur imprudentium hominū ignorantia, hæreſesq; omnes ſua ſponte colliqueſcent ac diffluent. Nunc releuata grauaminū mole quibus magna pars orbis ſe queritur oppreſſam & Salomonis mitigato parumper iugo, poteſt omnium querelis fieri ſatis & regnum Dauid ſtabiliri. Alioqui uerendum ne durior (quod Deus auertat) circunciſio corporiſq; totius excoriatio, ſequatur, Nō deſunt enim maleuoli homines, qui tale quiddam iamdudum uoluant ac meditentur & ſi queant Eccleſiam totam ſemel euertant. Quorū machinationes inſanas, perditas & execrabiles, retundet Eccleſiæ ſuæ author, cuſtos & protector Deus, qui circunciſionem ſpontaneam, pacificam, ſalutarē, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto requirit & diligit, qualem Eccleſia (quę in uos P.S. reſpicit) de pietate, prudentia & ſolicitudine ueſtra paterna, cupide expectat. Dei enim cooperatores eſtis, qui uineam ſuam, opera ueſtra, ut fructum plus afferat, purgabit & opus bonum in uobis ceptū perficiet ac conſummabit, circuncidetq; cor ueſtrum & cor ſeminis ueſtri, ut diligatis Dominum Deum ex toto corde ueſtro. Cuius auxilio præſenti difficultates omnes ſuperabitis etiam ſi totus reluctetur aut inſaniat orbis. Quod præſtare & ad nominis ſui gloriam concedere dignetur is, qui nobis natus & circunciſus, habet in manu ſua corda filiorum hominum, poteſtq; ea dirigere in uias rectas. Amen.

1. Cor. 2. *Ioan. 15.* *Deut. 30*

FINIS.

496092 bd 33780

Ex Sectione 35. Gabielis Biel.

De cibo aut isto dicitur: Quicunque manducauerit ex hoc pane uiuet in aeternum. Io. 6. Unde Innocent. Aug. ut suam erga nos charitatem ostenderet: et nostram erga se charitatem accenderet: dedit se pro nobis in precium ut per precium redimeret a morte: per cibum aleret nos ad uitam

2 Alia causa est ad gustum diuinitatis inuitatio Instituit enim diuina Sapientia sacrum corporis et sanguinis sui: ut ad gustum diuinitatis suae per gustum humanitatis suae nos Dominus inuitaret.

3 Tertia est mortis suae commemoratio: que amorem nostrum debet ibi potissimum uendicare. Hoc facite inquit in

Lc. 22. mea commemoratione et 1 Corinth. 11. Quotiescunque etc.

4 Quarta est peccatorum quotidianorum remissio ueniarum: Unde Inno. Dedit nobis Dominus hoc sacrum salutis: ut quia nos quotidie peccamus: et ipse iam mori non potest: per hoc sacramentum quod in memoriam mortis accipimus remissionem peccatorum quotidie consequamur.

5 Quinta est Scripturarum et figurarum impletio Esa. 7 Vocabitur nomen eius emanuel quod interpretatum nobiscum Deus et Matt. ult. ecce ego uobiscum sum in quotidie usque ad consumationem seculi